The Revd Mr Berkely

To J. B.

Foreign Bookseller &

219, Regent Street

1 Perdoon Mycologia

1 Desmazières

1 Expences on a

London 6 feby 1837

H. Baillière,

Bookseller & Publisher,

Regent Street.

Mycologia Observ. 8° | 1 2 0
Plantes 17 Lons 4° | . 12 .
on a Parcel from Paris | 2
| 1.16.0

Dear Sir,

near Harley Street.

By Dr. Boattatz, You shall have received al=
ready the packet sent to You least Easterday with
great desire for Your kind answer to the questions,
I made so free to propose You in my letter the re=
ply to them being of any interest to me.

At present I enjoy the pleasure to send You
the second part of my Observat. mycologicae.
The first and second volume of my edition of
Thunbergs Dissertations I add too, believing to
have not yet made over a sufficient equi=
valent for Your beatiful work on Funguses.
Long time ago I should also have sent to You
my edition of the systema vegetabilium, but being
not enabled, by shortness of time, to augment
it considerably, I dont believe it should give

Mr Best Duke Street St James Jan. 31. 1800
Call with dissertations Thunberg Vol. 3. 1801. No 40.

You proper satisfaction, but expresly desiring, I shall get conveyed it over to You at next opportunity.

In Your last letter You declared, Dear Friend, to not be averse for giving the rest of Your publications in exchange. Might I get wish something to possess, it would be Your compleat english Botany for an exemplar of the new edition of Schaeffers Icones fungorum Bavariae indigenorum with my Commentary.

I wish to receive an answer towards this proposition in short time

In case You should not have written to me now by the Quarter Courier, pray be as kind as to forward letters to me through the common mail by Cuxhaven.

Remaining with utmost estimation

Your most obedient Servant

Goettingen the 19th June 1800.

C. H. Persoon, Dr.

Rec^d Sunday Octr 19 1800

OBSERVATIONES MYCOLOGICÆ.

SEU

DESCRIPTIONES TAM NOVORUM, QUAM NOTABILIUM FUNGORUM

EXHIBITÆ

A

C. H. PERSOON.

PARS PRIMA

CUM

TABULIS VI ÆNEIS PICTIS.

LIPSIÆ, 1796.

Apud PETRUM PHILLIPPUM WOLF.

VIRO ILLUSTRI

SEBALDO JUST. BRUGMANS

M. D. MED. BOTAN. ET HIST. NATURAL.

IN

UNIVERSITATE LUGDUNO-BATAVA

PROFESSORI CELEBERRIMO,

DE

HISTORIA NATURALI

DEQUE

SCIENTIA PHYSIOLOGICA

MERITISSIMO,

HANCCE OBSERVATIONUM MYCOLOGICARUM

PRIORUM PARTEM

D. D. D.

Auctor.

Priusquam ad completam fungorum historiam me accingere possum, quem in finem non solum diversarum regionum indagationes, verum & accuratæ jam detectarum specierum observationes requiruntur, plantarum scrutatoribus non ingratum fore puto, quod nonnullas aut rariores, aut novas, seu tales ob nimiam cum aliis affinitatem commutationibus subditas species, quibusdam in tractationibus describendas communicem.

In descriptionibus ipsis pro re nata plus minusve ampliorem me præstiti. Ad synonyma, quod attinet, præterquam ubi auctores inter se nimis deflectunt, ea allegare in animo mihi fuit, quæ imprimis ad illustrandam speciem iconibus sunt concomitata; absolutior vero eorum collectio, præsertim etiam veteribus ex scriptis, ad majorem cognitionem ubi foret necessaria, aliud in tempus differenda,

Accuratior fungorum cognitio sensim sensimque nec non assidua indagatione extendi & stabiliri potest. Ad hoc etiam requiri, ut diversis eorum partibus diversa adaptataque denominatio induatur, quis mecum non consentiet.

Etiamsi non paucis in fungis haud absimiles observantur partes, quæ cum nonnullorum perfectiorum vege-

tabilium fructibus congruunt, tamen ob deflectentem in universum habitum & naturam, ob diversam crescendi morem, ob cognitionem partium fructificationum tenebris adhuc involutam & ob varias hinc ortas auctorum sententias, etiam alieni adhibeantur termini sic dicti technici, necesse est.

In Tentamine *Dispositionis methodicæ fungorum* periculum hac in re jam feci; ast licet nonnulli propositi termini designatas non disconvenienter adæquent partes, tamen in aliis fungorum generibus nimis indeterminate sunt adhibiti. Exemplo sint genera Ordinis secundi: ubi in *Lycoperdorum* familia *pileus*, qui in futurum solummodo adscribendus sit fungis apertis, substantia ut plurimum crassis, latitudine plerumque insignibus, superficie plano-convexis aut depressis, incongrue est collocatus; ejus vero loco vindicari debet terminus: *peridium*, quod omnibus hisce fungis attribuendum velim, qui receptaculo gaudent clauso & membranaceo, seminibus ut plurimum farinaceis s. pulvere κατ᾽ ἐξοχὴν repleto. Nomen *thecæ* enim iis in fungis sit usitandum, ubi capsulæ illæ spermatophoræ oblongo-teretes, pellucidæ seminibusque quoad situm & numerum distinctis repletæ sunt, nec non receptaculo s. *perithecio* manifesto insident ex. gr. in *Peziza*, *Ascobolo*, *Sphæria*, *Hysterio* &c. Sub expressione: *capitulum* intelligendam velim speciem receptaculi minuti, subrotundi *solidi* stipitati, exemplum præbet genus *Stilbum*. Nonne etiam hicce terminus in genere *Puccinia* adhiberi potest, nonnullæ enim species excepta cauda subrotundæ sunt, aliæ quidem clavulæ formam imitantur, sed ob substantiam duram septulis distinctam a *Clavariis* valde differunt. In *Mucoribus* re-

ceptaculum etiam *capitulum* nuncupaverim, niſi hoc excavatum eſſet, & ſemina diſtincta ovata *intus* foveret.

Cum formæ, quas variæ *Stilboſporæ* ſpecies ſub microſcopio compoſito exhibent, nonnullæ *thecis* Sphæriarum omnino ſint ſimiles, aliæ e contrario totæ pellucidæ absque *ſeptulis* & hac in re *ſeminula* propriis thecis incluſa adæquent, eas, donec hujus generis hiſtoria extra omnis dubitationis aleam ſit poſita, nomine *ſpora* inſignire poſſemus. Etiam non male hicce terminus forte adhiberi poteſt in generibus: *Peziza*, *Sphæria*, *Helvella* &c. ad ſingula nempe *ſeminula* thecis incluſa; & cum totum acervulum ſeminum peridio cinctum, conjunctim *pulverem* nuncupavimus, ſingula granula, ſi quæ forma, quæ diſtingui & exprimi meretur, ſint diverſa, etiam ſporas denominari non abs re erit.

Interea hoc conſilio hi termini nunc proponuntur, donec quisque pertinentiores, ſi modo *euphoniæ* reſpondeant, in medium prolaturus eſſet, quare tunc meis neglectis, mox hoſce amplecti non omittam.

Monendum adhuc reſtat, ſpecierum deſcriptiones in duabus his anterioribus plagulis, in *Uſteri Annalibus Botanicis Faſc. 15*, ſpeciminis ad inſtar jam præſto eſſe, nec non tabulas tres anteriores; illæ vero obſervationibus auctæ, hæ nunc colore, ad accuratius diſtinguendas ſpecies omnino neceſſario, fucatæ extant.

Quamprimum priorem hanc hujus libri partem, artis peritorum applauſum conſecuturam novi, ſecundam mox divulgabo.

LYCOPERDON.

Peridio caulescente *vertice* demum rupto, *squamis* verrucosis ut plurimum spinulosis obtecto.

1. *Lycoperdon Bovista: magnum, subrotundum, pallescente albidum, subtus plicatum, squamis latiusculis obsitum.*

Lycoperdon *maximum. Schæff. fung. bav. tab. CXCI.*

Hab. in collibus graminosis, æstatis fine.

Desc. Caulis brevis confluens receptaculum vero crassum efficit. *Peridium* obconicum obtusum 4 — 5. unc. fere latum, primo album demum ex fuligineo cinerascens, in statu decrepito superne ad dimidium perditur, & ejus pars infera pulvere filisque orbata concava remanet: margine lacero, hoc in statu *Pezizæ* cuidam non absimilis. *Substantia* interna pro more hujus generis primo carnosa demum pulposa, tandem pulverulenta, colore virescens. *Squamæ* sparsæ, rimosæ, ad tactum molles, demum evanescunt.

2. *Lycoperdon perlatum: cespitosum, umbonatum, albidum; caule longiusculo subcylindrico; squamulis rotundis compactis in mucronem porrectis.*

β. Lycoperdon proteus *hirtum* Bull. champ. pl. Tab. 340. & 475. A — M.

β. Lycop. *nigrescens*, squamulis nigrescentibus, in *Römers Bot. Mag.* tom. I. p. 87.

Desc. Caulis nunc obconicus nunc cylindricus. *Peridium* subrotundum primo album demum sordide pallidum. *Squamæ* concolores in β. nigrescunt, confertæ basi globosæ apice aculeiformes, maturis in fungis sæpe decidunt, tunc earum loco maculæ stellæformes observantur, hinc cavendum ne individuum tali modo inventum pro diversa venditemus specie.

Obſ. Lycop. gemmatum. *Schæff. fung. tab. 189.* noſtro majus, nec umbone inſtructum; etiam ſquamæ aliam, uti videtur, habent formam; hinc ſpecie diverſum.

3. *Boviſta plumbea: ſubgloboſa, cæſia.*

Lycoperdon *ardeſiaceum*, ſubgloboſum plumbeo-cæſium; carne rubra; ſeminibus fuſcis: pericarpio flexibili. *Bull. champ. de la France* pl. 192. pag. 146.

Hab. in pratis, locis graminoſis, autumno.

Deſc. Cortex *exterior* immaturum fungum arcte cingit, candidus, demum per partes evaneſcit; *interior* glaberrimus, flexilis colore plumbeo. *Fila ac pulvis*, uti huic generi proprium eſt, fuſca. *Peridium* baſi plicatum, primo cæſium, demum ardeſium.

Obſ. Singulare eſt, quod autumno ſolummodo tunc hicce fungus imprimis frequens invenitur, quando plenam attigit maturitatem & effœtus jam factus, hinc liber & in terram quaſi dejectus, nec ei vix adnatus apparet, ita ut e longinquo globos plumbeos æmuletur.

PHYSARUM.

Peridium flexile utplurimum rugulosum, intus *filis* reticulatis ſparſim adnatum.

4. *Phyſarum columbinum: gregarium, ſtipitatum, ex violaceo chalybeum, nitidum, peridio globoſo.*

Hab. raro ad truncos putridos.

Deſ. Magnitudine communi gaudet; primo fluxilis colore flaveſcens; maturum vero elegantem colorem illum columbinum ſ. qui in collo columbarum conſpicitur, acquirit. *Stipes* teres, niger. *Peridium* globoſum, nitens. *Pulvis* obscure fuſcus.

5. *Physarum* *bivalve: compressum, flexuosum cinereo-albidum uno latere dehiscens.* Tab. 1. Fig. 2. 3.

Reticularia *sinuosa* minor, sessilis, duabus lamellis parallelis, flexuosis. *Bull. champ. pl.* 446. fig. III.

Hab. in muscis, ad stipites, supra folia decidua; pro diverso anni tempore diversisque locis nunc satis frequens, nunc perrarum invenitur.

Desc. Peridium sessile formam plerumque habet oblongam, conchaceam, flexuosam, compressam; nonnunquam utrimque sibi orbiculariter contiguum, superficie venoso-rugulosum: altero margine tenui, incrassato altero, demumque per longitudinem dehiscens, quo structura interna visum subit. *Fila* seminifera compacta parietibus arcte adnata, pariter cinerea sunt.

6. *Physarum* *viride: stipitatum viride; peridio lenticulari subtus umbilicato.*

Sphaerocarpus *viridis*, stipitibus elongatis cylindricis, gracilibus: pericarpiis orbicularibus, (subtus) umbilicatis, granulosis virescentibus, seminibus fusco-nigricantibus. *Bull.* champ. pl. 407. fig. I.

Prov. ad truncos, his in locis rarissimum, semel a me ipso visum. *Peridium* hemisphaericum, convexum, subtus umbilicatum pro more ruguloso-granulosum: demum in frustula polyaedra, ob fila iis adnata tamen persistentia, rumpi ur.

7. *Physarum* *Muscicola: minutum cinereum e tereti subturbinatum: stipite lutescente.*

Incolit pulchella haecce species muscos inprimis H. *triquetrum* tempore autumnali. *Stipes* breviusculus. *Peridium* forma indutum peculiari deorsum cylindri-

cum, basi truncatum sursum incrassatum apice convexum; rarius quoque obovatum invenitur: stipite tunc brevissimo. *Pulvis* compactus niger, *filis* albis intertextus.

Phallus.

Volvatus; *pileus* conicus integerrimus, *latice* diffluente obtectus.

8. *Phallus caninus: rufescens, minor; pileo colliculoso stipiti contiguo.*

Phal. *caninus:* volvatus, stipitatus, stipite cellulofo, capitulo impervio, rubro, rugoso. *Curt. Flor. Lond.* tab. 235. *Schæff. Fung. Bav. tab. 330.*

Provenit passim autumno, & quidem ipse solummodo in trunco putrido carioso eum inveni.

Desc. Phallo *impudico* dimidio minor est; *Stipes* flaccidus, rufescens, cum margine pilei confluit. *Pileus* conicus clausus, latice evanido, colliculosus, nec reticulato-cellulosus. Latex uti in Phallo impudico ex innumeris seminibus subrotundis constat, sed hac in specie odorem peculiarem non spirat neque facile diffluit, nec a muscis tam cito aut avide comeditur.

Obs. Phallus *esculentus* Lin., ab hocce genere, nisi etiam rationem *volvæ*, ei tantum solennis, habeas, quam maxime differt, quod illius *pilei* superficies, licet quoque reticulato-lacunosa, ob *hymenium* indissolubile vero, carnoso-membranacea est & ex veris *thecis*, seminibus s. *sporis* 8, ovatis fœtis, constat, hinc non modo genere, sed & ordine a propriis *Phallis* discrepat.

9. *Agaricus confluens: cespitosus, albidus, pileo carnoso-membranaceo obtuse umbonato; lamellis confertis angustis; stipite cavo pulverulento-tomentoso rufescente.*

Agaricus *dispar.* Batsch. Elench. Fung. tab. XXVIII. fig. 210?

Ab initio æstatis in autumnum usque in pinetis observatur; passim in faginetis subsolitarius provenit.

Des. Singulus fasciculus e 6—8ve individuis constat, & plures in seriem flexuosam nonnunquam subanastomosantem inter se confluunt. *Stipes* elongatus ut plurimum sursum incrassatus & subcompressus squamis furfuraceis minutis tomentoque brevi obsitus; 3. unc. fere longus. *Lamellæ* liberæ albæ confertæ. *Pileus* tempestate serena albidus, pluviosa vero rufescit, in nonnullis albidus remanet.

10. *Agaricus applanatus: imbricatus, dimidiatus, subcarnosus, fragilis, ex albido subrufescens; stipite laterali tereti albo-tomentoso.*

Prov. ad truncos putridos autumno gregarie.

Desc. Substantia subcompacta fragilis humida. *Lamellæ* confertæ lanceolatæ. *Pileus* unc. 1 latus, applanatus; demum ad dimidium superne subcinnamomeus a seminibus, uti videtur, evadit, forma subspathulatus. *Stipes* brevissimus, lateralis, pellucidus.

11. *Agaricus Bryophilus: subresupinatus, candidus, pileo membranaceo, postice porrecto adhærente; lamellis ramosis. Tab. III. Fig. 1. a. b.*

Hab. rarissime ad muscos.

Desc. Stipes analogus non adest, sed superne e pileo prominentia quædam exseritur que muscis adhæret. *Pileus* primo teres pezizæformis, subtomentosus,

nunc pronus, nunc resupinatus. *Lamellæ* distantes angustæ apice in ramos utplurimum ternos divisæ, e centro divergunt.

Forte quispiam mihi objiciet, quare singularem hanc speciem non potius *Meruliis* aut *Chantarellis* adscripserim; verum horum *plicæ* non solum utplurimum obtusæ, rotundatæ sunt, sed mox a basi dichotome divisæ; porro in plurimis *Agaricis* minutis membranaceis forte ob teneritatem lamellæ subramosæ sunt, & plicas æmulantur, e. gr. Ag. *Squamula* Batsch. Elench. Fung. fig. 84.

12. *Agaricus montanus: gregarius parvus, pileo hemisphærico subalutaceo, lamellis planis latiusculis umbrinis: margine subalbicante, stipite brevi pileo concolore.*

Hab in locis montosis sterilibus per totam fere hyemem.

Desc. Stipes $\frac{3}{4}$ unc. longus, lin. 1. crassus. *Lamellæ* demum subnigrescunt, in stipitem parum dentatum decurrunt. *Pileus* subcarnosus, 4 lin. ad $\frac{1}{2}$ unc. latus, convexo planus, humectatus subspadiceus, margine substriatus.

Obs. Ag. *subhepatico* (Batsch. El. Fung. Fig. 211.) subaffinis, sed tamen diversus.

13. *Agaricu æstivus: solitarius, pileo submembranaceo obtuse umbonato, cinereo; lamellis distinctis candidis; stipite cinereo subradicato: radice arcuata pilosa.*

Prov. jam mense Junio in pinetis ad terram quidem, sed ad subjacentes ramulos pineos.

Desc. Stipes $2\frac{1}{2}$ unc. longus, 2-3 lin. crassus. *Lamellæ* latiusculæ adnexæ subconfertæ. *Pileus* subcorruga-

tus ex cinereo lividus, unc. 1 latus, demum areſcit. Differt ab Ag. *galericulato* Schæff. (Fung. Bav. tab. 411, Fig. I-VI.) colore pilei; & quod maturius creſcit atque ſolitarie nec ceſpitoſe, etiam ad terram nec ad truncos provenit.

14. *Agaricus* c i r c i n a n s : *gregarius, circinans; pileo carnoſo obtuſe umbonato lateritio; lamellis confertis exalbido argillaceis; ſtipite ſolido fibroſo-ſquamuloſo candido.*

Agaricus *cruſtuliniformis* Bull. Herb. tab. 308.

Ag. *lateritius* Batſch. Elench. Fung. tab. 33. fig. 195.

Prov. frequens in ſylvis, circulum ex pluribus individuis ſibi confluentibus efficiens, Hocce creſcendi modo, etiam ſapore ingrato, cui odor viroſus ſymbolam ſuam addit, facile ab aliis ſpeciebus dignoſcitur. — In ſpeciminibus locis apricis aut verſus ſolis ortum provenientibus, lamellas ſæpe guttulas aqueas ſtillantes obſervavi, quibus evanidis maculæ ferrugineæ remanent.

15. *Agaricus* t u r r i t u s : *ſuberoſus, obconicus, palleſcente-albidus, e centro proliferus.*

Inveni in fodina lithantracina in monte Weiſner in Haſſia ſito.

Obſ. Boleto *turrito* Scop. (Diſſertationes ad ſcientiam naturalem pertinentes, Pars 1. Tab. XXIX. fig. 1.) ſimilis, ſubtomentoſus, rugoſus; 4 — 6. *pilei* ſibi impoſiti, reſupinati: ſingulus $\frac{1}{2}$ unc. magnus, infimus ſeſquiunciam longus, deorſum attenuatus. *Lamellæ* parcæ diſtantes ſtrictæ, aliæ ſubramoſæ; hinc *Meruliis* affinis hæcce ſpecies.

16. *Agaricus marginatus: gregarius, pileo campanulato subferrugineo, margine tomentoso albicante, lamellis ex virescente nebulosis, stipite fibrilloso argenteo-nitido, basi villoso.*

Hab. ad truncos putridos abietinos in Hercynia inprimis frequens.

Desc. Stipes fistulosus 2-3 unc. longus, 2 lin. crassus, basi villo albido trunco adnatus, *velo* destitutus, quo ab *Ag. fasciculari* Huds. cui affinis, differt. *Lamellæ* lanceolatæ, confertæ, adscendunt. *Pileus* 6 lin. latus, obtusus, glaber, sed margine a *Cortinæ* reliquiis albo-tomentosus. Sapore amaricans.

Geoglossum.

Clavula (simplici) ut plurimum ligulata, stipiti continua.

17. *Geoglossum glutinosum: fasciculatum, nigricans; clavula subelliptica; stipite viscoso.*

Hab. in collibus graminosis autumno (prope Osterode non infrequens).

Desc. Nunc solitarie plerumque vero cespitose crescit, una cum stipite 1½ unc. longum. *Clavula* compressa utrimque ut plurimum canaliculata, glabra. *Stipes* lævis subflexuosus glutine denso obtectus, ex olivaceo nigricans. Odore & sapore subnauseosum.

18. *Geoglossum capitatum: tomentosum nigrum; clavula plicata subrotunda.*

Hab. promiscue cum G. *hirsuto*, sed minor est. *Clavula* capituliformis 2 — 3 lin. longa, a stipite per-

ſpicue diſtincta, ad latera logitudinaliter hinc inde plicata.

Obſ. Quæ ſub hoc genere militant ſpecies non ſolum toto habitu a cæteris diſcrepant fungis clavæformibus, ſed quæ ſumma rei eſt; gaudent *Hymenio* ſubincraſſato: margine deorſum ut plurimum ſubprominente ſtipiti continuo, quod ex thecis ſeminulis oblongis plerumque 8 ad dimidium ſe longitudinaliter attingentibus, repletis conſiſtit.

19. *Trichoderma tuberculatum: candidum ſuborbiculare confluens, primo tomentoſum, demum tuberculoſum pulvere cinereo. Tab. II. Fig. 8.*

Frequens æſtatis fine poſt crebras pluvias in ſylvis, locis humidis ad terram, inprimis vero in acervulis talparum provenit.

Deſc. In ſtatu juniore candidum, tomentoſum, & *Byſſum* quandam æmulatur, demum cæſium parum fit; ſuperficie tuberculis oblongis ſubcompreſſis linearibus quaſi echinatum & *Zeolitho tabulato* hinc fere ſimile. *Pulvis* incluſus cinereus *filis* hyalinis ſubintertextus. Poſt nonnullos dies totus fungillus fatiſcit & dilabitur.

20. *Trichoderma læve: ex albido palleſcens, ſuperficie læve: pulvere flavo.*

Prov. etiam ad terram, aut ſupra muſcos effuſum, ſed non uti præcedens ſpecies tam facile dilabitur; duas uncias fere latum. *Color* primo albidus, dein pallidus & ad ochraceum tendit, pulvis incluſus vero, multo obſcurior.

21. *Isaria carnea: conferta, evanescens, primo albida, dein carnea; stipite flaccido albido.* Tab. II. Fig. 6 & 7.

Hab. primo autumno in muscis, ad truncos, supra terram satis frequens.

Desc. Inter teneriores & minores hujus generis species pertinet, ut plurimum furcatim divisa: ramulis obtusis; primo glebulis distinctis pruinatis adspersa, quæ vero cito satiscunt. *Stipes* pro ratione tenerrimus, hinc utplurimum decumbit. Fungillus dein fere totus evanescit,

22. *Sclerotium Erysiphe: granulis aggregatis fusco-nigris, tomento albo insidentibus.*

Mucor *Erysiphe*, albus, capitulis fuscis sessilibus. *Lin.*

Hab. in variarum plantarum foliis, ubi tomento albido e longinquo se manifestat, accuratius vero hæc macula alba adspecta, cernuntur fungilli globosi, in juventute ochracei, demum fusci, tandem nigrescunt, primo læves, dein subrugosi.

Obs. Me cum *Linnæo* aliisque ejus imitatoribus huncce fungillum *Mucoribus* adscripturum esse, nemo mihi imputabit; nihilominus pluries anceps fui, cuinam generi eum adnumerarem; quoad formam externam & primo obtutu *Sphæriis* non absimilis, quo sub nomine mihi etiam non semel fuit allatus; sed ratione substantiæ, totus enim solidus, carnosus est, ab eo recedit; porro nonnulla specimina inprimis in foliis *Coryli Avellanæ* provenientia apice umbilicata & villo quodam (an *veli* specie?) instructa, quo characterem *Pezizæ* aliquantisper præ se fert; sed formæ globosæ colorisque mutationis causa &

quod demum subrugosus sit, huncce fungum *Sclerotiis* adnumerari, non abs re dijudicavi.

23. *Poria tuberculosa: rugosa, tuberculosa albida: margine inciso repando.*

Provenit in Fodinis subterraneis hercynicis.

Desc. A 4. unc. ad spithamam elongata, $1\frac{1}{2}$ — 2 unc. lata, primo candida, dein pallescit. *Margo* superior multo crassior, magisque inciso-rugosus. *Pori* pro superficie inæqualiter nunc obliqui & sublaceri, nunc recti, integri, magnitudine mediocres. *Substantia* dura suberosa. *Prominentiæ* tuberculiformes in margine copiosiores & majores, in medio minores & pauciores, nunc subrotundæ, nunc teretes, nonnullæ stipitatæ.

Obs. Anomalæ hæ partes sine dubio deducendæ, qui etiamsi oblitteratus, tamen superne suberigitur, seque reflectere propendet, inque particulas continuantes, gradatim minores dividitur.

24. *Poria rubella: applanata lævis albida, rubroque maculata: tubis elongatis tenuissimis.*

Eundem cum antecedente frequentat locum, eademque fere est longitudine, sed multo latior. *Tubi* vero hac in specie longi, 2 lin. substantia tenues, molles; *pori* mediocres nunc integri nunc incisi. *Substantia* pro more coriacea sicca.

Obs. Fungus albidus videtur solum extrinsecus colore imbutus rubro, sed partim probari nequit, unde ille in subditis, ubi crescit locis tali colore sit inquinatus, partim aqua irroratus durante quodam tempore, nec detergendo, nec sponte sua rubedinem dimiserit.

25. *Poria vitrea: inæqualiter lateque effusa, aquoso-pallida, undulata, subinterrupta; poris obliquis.*

Hab. post largas pluvias autumno in sylvis super truncos nonnunquam ad sphithamam effusa, interrupta, hinc inde etiam subtuberculosa; substantia humida, subcartilaginea; superficie aquosa, quasi hyalina.

26. *Corticium cæsium: terrestre, suborbiculare; læviusculum, cæsio-cinereum.* Tab. III. Fig. 6.

Prov. autumnali tempore ad terram utplurimum in viis.

Desc. Ad 2 — 3 & nonnunquam irregulariter explicatum; substantia compactum, hinc inde papillosum; *sporæ* in hac specie eleganter quaternatim dispositæ, uti hoc in nonnullis *Agaricis fimetariis* obtinet.

27. *Corticium hydnoideum: erumpens, aurantium; papillis elongatis inæqualibus.*

Hab. ad ramos aridos Fagi sylvat., quos, epidermide soluta, ad unum latus aut totos cingit, ad longitudinem 4 — 6 unc. se extendens. *Papillæ* aliæ forma sunt vulgari, plures vero oblongæ teretes, nonnunquam nigrescunt.

Obs. Ratio, quare hac in specie papillæ ita elongentur, ut *Hydnorum* subulos fere æmulentur, hæc esse videtur: fungus sub ramorum epidermide proveniens, dum crescit, hæc solvitur & laxa fit, ob nisum vero papillarum per illam penetrandi aut eam plane depellendi, ut hæ justo longiores hinc evadant, necesse est.

28. *Corticium alutaceum: elongatum glabrum læte alutaceum, papillis minutis granulosum.*

Prov. locis montosis ad ramos dejectos; pro ratione angustum, sublineare crescens, ad spithamam sæpe effusum, glabrum, substantia tenue, siccum. *Papillæ* confertæ granulæformes. *Colore* læte alutaceo se mox in truncis manifestat.

Uredo.

Pulvis farinaceus *nudus*, sub foliorum cauliumque epidermide proveniens, hac demum rupta se dispergens.

29. *Uredo mycophila: pulvere flavido per fungum putridum ubique parasitice disperso.*

Mucor *chrysospermus*, cespitosus, stipitibus erectis; seminibus numerosissimis, subrotundis ex albo aureis. *Bull. champ.* pag. 99. pl. 504. Fig. 1. (Fila aut stipites, quorum mentio fit, nihil aliud videntur, quam fibræ ab ipsius fungi substantia ortæ.)

An Mucor chrysospermus *Bull. champ.* pl. 504. fig. 1. *Sibthorp.* fl. Oxon. nr. 1164.

Hab. inprimis in Bolete *subtomentoso* Lin. & Bol. *esculento* Bull. nondum explicato.

Obs. Fungorum specimina, quibus innascitur hæc species, primo languescunt, extus tomento albido ubique involuta, tandem *pulvis* flavus apparet, interiori fungi parti, sed magis tubis adhærens, quod videre licet, quando fungus laceratur, ceteroquin subtilissimus est, manum inquinans.

30. *Uredo appendiculata: sparsa inæqualis: sporis appendiculatis.* Tab. V. Fig. 9.

a.

α. U. *Phaſeoli,* nigreſcente-badia, ceſpitulis prominentibus ſubrotundis.

Hab. in foliis Phaſeoli *vulgaris,* autumno frequens.

β. U. *Piſi,* ſubeffuſa, depreſſa, fuſca.

Hab. in caule & foliis Piſi ſativi.

Obſ. An diſtinctæ ſpecies? loco natali nec non colore quidem inter ſe diſcrepant, in hoc vero conveniunt, quod ſingulæ pulveris *Sporæ* ſub microſcopio appendicula caudæformi brevi ſtricta gaudent, cum e contrario in cæteris hujus generis ſpeciebus globoſæ ut plurimum ſint. Huncce fungillum ad *Puccinias* accedere ex his patet; ſed nec *iſthmis* diſtinctus, & præſertim duo hæc genera, primo obtutu ſibi ſubſimilia, inter ſe differunt: quod *Pucciniæ* matrici ſ. loco natali arcte adhærent, ſolummodo vi ab hac evellendæ, *Uredines* vero facile ſe detergi ſinunt, & attritæ digitos inquinant.

32. *Sphæria Ægopodii: ſimplex ſparſa; ſphærulis nigreſcentibus maculæ albæ cruſtæformi inſidentibus.*

Hab. æſtate in foliis langueſcentibus *Ægopodii Podograriæ.*

Obſ. Pars folii averſa, ubi proveniunt *Sphærulæ* ſparſæ, albo-maculata eſt, glabra, cruſtam irregularem e longinquo mentiens, Sphærulæ ipſæ folio ad dimidium inmerſæ.

33. *Sphæria turgida: circinnata, tecta, turgeſcens; ſphærulis ſubrotundis: oſtiolis rectis læviuſculis.*

Hab. paſſim in fagorum truncis.

Deſc. Epidermis rami, ſub qua provenit hæcce ſpecies bullatim prominet, ita ut externe *Sphærulas* orbiculatim diſpoſitas, tectas quidem videre liceat; *oſtiolis*

penetrantibus fibi approximatis, apice folummodo hæ nudæ fiunt, *gelatinam* nigrefcentem nonnunquam copiofam emittunt.

34. *Sphæria graminis: epiphylla monofticha fublinearis maculæformis nitente-nigra: oftiolis latitantibus.* Tab. I. fig. 1 & 2 *.

Prov. in foliis *Elymi* europ. & paffim *Lolii* perennis.

Defc. Forma gaudet lineari-ovata, fuperficie per lentem fubrugofa, fi diffecetur, tunc *fphærulæ* globofæ in fubftantia folii nidulantes obfervantur, oftiolis manifeftis penetrantibus haud inftructæ.

Obf. Etiamfi fubftantia folii intra fphærulas colore nigro eft tincta, tamen hæcce fpecies, una cum fphæria *uda* & *fpinofa* ad talem familiam pertinet, quæ *ftromate* diftincto orbata eft, & ubi fphærulæ fibi denfe approximatæ in feriem crefcunt, quamque hinc ad diftinguendum nomine: *monofticha* infignire poffumus.

35. *Sphæria ferpens: magna elongata utrinque attenuata, tota nigra.*

Hab. ad ligna exficcata.

Defc. Unc. 1 longa, nonnunquam brevior, imo & longior 3—7 lin. ut plurimum lata; juniores utrinque fubrotundatæ, fæpe forma indeterminata inftructa, margine hinc inde excedente. Superficies rugofa, rivulofa; colore opace nigra intus concolor, fed obfcurior, hinc a varietate *expanfa* Sph. *flavovirefcentis* Hoffm. diverfa. *Sphærulæ* ipfæ globofæ, *oftiolis* papillæformibus donatæ, cortice duro inter fe cohærent.

36. *Spæria Carpophila: caulescens, primo subulata villosa, demum clavata glabra: clavula cylindrica stipite multo breviore.*

Hactenus solummodo inveni ad *pericarpia* arida *Fagi sylvaticæ.*

Obs. Juniores tempore vernali observantur totæ fere villo subolivaceo involutæ, apice albicantes attenuatæ; tempore progrediente, villus evanescit, & *clavula* seu pars superna sphærulæfera intumescit, ob *Sphærulas* prominentes granulosa, stipite s. caule, qui subflexuosus & rugosus fit, triplo quadruplove longior.

37. *Sphæria deusta: late effusa, crassa, undulato-rugosa; juniore carnosa cinereo-albida pulverulenta, demum nigra rigida.*

Sphæria deusta. *Hoffm.* vegetab. cryptogamica. Fasc. I. tab. I. fig. 2.

Sphæria versipellis. *Tode* Fungi Mecklenburg. Fasc. II. Tab. XVII. fig. 129.

Hypoxylon *ustulatum*, ex cinereo nigricans, inflatum, friabile, superficie sinuosa: locellis segregatis. *Bull.* champ. pl. 487. fig. 1.

Var. β. Sph. *Platyceps*, suborbicularis, undulata, subtus stipitem obconicum tenuem protrudens. *Tab.* I. fig. 4 & 5.

Obs. Hæcce *Sphæria* vere, quo tempore crescere incipit, carnosa mollis, depressa: margine tumido, autumno matura fragilis & intus nonnunquam villosa; non infrequens ad truncos subputridos proveniens; ex longo jam tempore botanicis etiam vetustis nota. Nemo vero ampliorem & accuratio-

rem de hac ſpecie communicavit tam ad externam quod attinet ſubeundam mutationem, quam ſi internam ejus conſideres ſtructuram, deſcriptionem quam Rev. *Tode*; hujus Viri obſervationibus vix aliquid addere mihi licet, niſi quod ſemina ſub microſcopio (*Tab.* 1. *Fig.* 4. a.) ſe ſiſtunt lunulata, & quod mihi memorabilem hujus ſpeciei inveniſſe varietatem jam adnotam contigit; eam nimirum reperi partim ad terram partim ad truncum putridum ſpongioſum, ubi forte ut magis se infigere poſſit, hanc prominentiam ſtipitiformem exſeruiſſe videtur. Subſtantia *ſtromatis* in ſtatu juniore, nec non recente ſubfibroſa, alba, maculis cinereo-nigris variegata. Cæterum hancce ſpeciem, niſi ſtipitis abſentiam reſpicias, magis ad Familiam primam, ad *Xylarias*, quam ad ullam aliam diviſionem accedere, ex his luculenter patet.

38. *Sphæria rufa: periphærica, irregularis, applanata, mollis, rufa intus albida.*

Sphæria *gelatinoſa* var *α. lutea* Tode Fung. Mecklenb. tab. XVI. fig. 123.? (*Specie* tamen a var *β. viridis* diſtincta.)

Prov. paſſim ad ramos in terra diſperſos.

Deſc. Junioros ſubrotundæ ſunt; adultæ ſubeffuſæ plano-convexæ ſubrugoſæ, 2—3 lin. latæ, colore ex ochraceo carneæ. *Stroma* molle candidum, cujus periphæriam occupant *Sphærulæ oſtiolis* ſubnigreſcentibus inſtructæ.

39. *Sphæria Hypoxylon: cauleſcens, ramoſa, ſtriata; primo compreſſa palmata, demum ſubteres acuminata.* Tab. II. fig. I. a—f.

Hab. frequens in ſylvis ad truncos.

Deſc. In juventute compreſſa, palmatim inciſa, ad dimidium ſurſum pulvere albido adſperſa. Dum matureſcit, *clavula* turgida, teres fit & nigreſcit, *ſphærulas* fovens; apice acuminata, ſterilis, & pulvere orbata, per longitudinem ſtriata; *caulis* baſi hirſutus. *Sphærulæ* ovatæ, in ſuperficie proveniunt. *Gelatina* ſub microſcopio conſtat e *thecis* elongatis vermiculatis *ſeminibus* ſ. *ſporis* ſubovatis refertis, qua in re plurimæ hujus familiæ ſpecies conveniunt.

40. *Merulius gibboſus: pileo ſuberoſo (dimidiato), baſi gibboſo albido, venis pallidis: interſtitiis rectis brevibus, margine ſubporiformibus.*

Solitarie & gregarie provenit ad truncos.

Deſc. Pileus durus, margine poſteriore, ſæpe in formam manubrii prominet, quo trunco affixus, ſubtomentoſus, faſciatus, demum ob pulverem, ſ. Byſſum quandam afflatam vireſcit. *Venæ* verſus locum affixionis magis diſtinctæ & iis, quæ in Merulio *quercino* (Ag. *quercinus* Lin.) obſervantur, ſimiles, verſus marginem vero pilei extimum, ſenſim formam pororum acquirunt, attamen compreſſæ & lineares remanent.

41. *Merulius clavatus: carnoſus, teres obconicus, dilute violaceus; truncatus, margine flexuoſus, latere venoſus.*

Elvela *purpuraſcens.* Schæff. Fung. Bav. tab. CCLXXVI. (*Var.* apice pallido valde dilatato.)

Prov. paſſim in ſylvis locis graminoſis.

Obſ. Gregarie & ſubceſpitoſe creſcit, *Clavariæ* cuidam non abſimilis, ſed *diſco* truncato ſterili, & ad latera *Hymenio* pruinoſo venoſo: venis vero teneris in-

ſtructus, apice ſubdepreſſus: ore obliquo; margine ſæpe emarginatus, nonnunquam lobatus; colore ex rubello violaceus.

42. *Merulius Pezizoides: obconicus, carnoſus glauco-albidus: diſco depreſſo venoſo.*

In Introitu fodinæ: *der Neufang* prope Andreasberg in Hercynia eum inveni.

Deſc. Sparſe creſcit deorſim attenuatus, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ unc. long., apice 3 — 7 lin. latus, truncatus, & reſupinatus. *Diſcus* ſubexcavatus *plicis* venoſis e centro divergentibus gaudens. *Pileus* uti in præcedente ſpecie analogus non adeſt, ſed cum *caule* confluens, ſimilaris.

Obſ. Uti antecedentem ſpeciem non incongrue pro *Clavaria* quadam habebis, ita hanc primo adſpectu inter *Pezizas* numerabis. Si inſtituendæ adhuc obſervationes, Auctorumque judicia affirment, *Cantarellos* revera a *Meruliis* ſeparandos eſſe, tunc forte hi duo fungi inter prioris generis ſpecies meliorem ſortirentur locum; aut deflectentem ob formam ad ſingula promovendi forent genera; inprimis ſi ſpecierum numerus cum una alterave forma convenientium, ſeſe augebit.

43. *Boletus mollis: dimidiatus ceſpitoſus, pileo molli carnoſo-ſuberoſo ſubrugoſo incarnato-pallido; poris ſubflexuoſis albidioribus.*

Hab. ad truncos Pini Abietis in Hercynia non infrequens.

Deſc. Gregarie quidem nonnunquam e 20 Individuis ceſpitoſus, ſed equidem imbricatim ſibi incumbens non creſcit. *Pileus* forma ſubtriquetra donatus, pars enim baſeos protenditur, hinc inde tuberculoſo-ru-

gofus. *Subſtantia* ſubcompacta, fibroſa, humida. *Pori* magnitudine mediocres; nonnulli compreſſi ſubflexuoſi; plurimi rotundi. *Color* ei ſimilis, quem in Agarico *piperato* L. videmus.

44. *Boletus eſculentus: pileo pulvinato, latiſſimo, vaccino; poris palleſcente albis; ſtipite tuberoſo reticulato rufeſcente cinereo.*

Boletus *edulis*, ſtipite craſſo, pileo latiſſimo, ſubfuſco-ferrugineo, carne nivea craſſiſſima firma, tubis ex albo ſubluteis. *Bull.* champ. pl. 494 & 60.

Deſc. Stipes in nondum explicatis individuis valde ventricoſus, & ſæpe neſcio quo caſu valde difformiter extuberat, una cum rugis retiformibus, quæ in ſtipitis apice diſtinctius obſervantur, unicolor dilute fuligineus & non rubicundus. *Pileus* convexo-planus nonnunquam ſpithameus colore hepaticus, *caro* alba immutabilis ſapore & odore grata. *Tuborum* orificia ſ. *Pori* primo infarctu quodam obtecti, dein aperti parvi diluteque flavi.

45. *Boletus Erythropus: pileo pulvinato, rufeſcente ochraceo, poris minutis aurantio-rubris; ſtipite ſubcylindrico lævi ſquamuloſo, rubicundo.*

Obſ. Promiſcue, ſed rarius in ſylvis media æſtate cum Bol. *lurido* Schæff. provenit, nec huic e longinquo valde ſimilis, differt vero:

1. *Stipes* in noſtro fungo brevior & craſſitudine ubique ſubæqualis, hinc non tuberoſus eſt, apice flavus, baſi intusque ruber. 2. *Superficies* ſtipitis ſquamuloſa ſ. transverſim rivuloſa, ſed non reticulata.

Ambæ vero conveniunt ſpecies, quod fractæ ad aeris contactum cæruleſcunt; tubi ad latera flaveſcentes

ſolummodo apice ſ. pori aurantio-rubro ſunt colore, qui demum expalleſcit.

46. *Boletus purpuraſcens; congeſtus imbricatus; pileo (dimidiato) tenui, cinereo-albido; poris acutis fuſco-purpureis.*

Boletus *abietinus*, in Lin. Syſt. Nat. ed. *Gmel.*

Hab. in Hercynia non infrequens ad truncos putridos abietinos.

Deſc. Pilei plures denſe imbricati & baſi connati, ſubſtantia teneri, ſed ſuberoſi, utplurimum horizontaliter creſcunt, tomentoſi & $\frac{1}{2}$ unc. ſunt lati. *Pori* in juventute inprimis eleganter ex purpureo-fuſci, demum obſcuriores, inæquales, nonnulli laceri.

47. *Boletus conchatus: acaulis, pileo (dimidiato) duro, convexo, transverſim ſtriato, ſubtus cinnamomeo.*

Hab. paſſim ad fagorum truncos.

Deſc. Forma indutus utplurimum ſemicirculari elongata, ſubtus concava ſuperne convexa; $1\frac{1}{2}$ unc. fere longus $\frac{1}{2}$ latus eſt *pileus* margine acutus, ſuperficie faſciis minutis quaſi imbricatis transverſim ſtriatus.

Obſ. Boletus *fulvus* Scop. & Willd? qui aut ad ſalices aut ad pruni truncos provenit, hacce ſpecie craſſior, obtuſior, & ubique lævis eſt, hinc diverſus. Ad melius diſtinguendum, *Differentia* hujus Fungi ſic eſſe poteſt:

Boletus fulvus (potius obtuſus): pileo ſubreſupinato inæquali duro: margine obtuſo, ſuperne lævi livido, ſubtus cinnamomeo.

Bol. *fulvus*, totus fulvus, poris difformibus, *Scop.* fl. carn. (*Pori* in var. *ſaligna* obſoleti.)

48. *Dematium ſphæricum: gregarium, faſciculis ſphæricis ſubgranuloſis pulverulentis nigreſcente-olivaceis.*

Deſc. Provenit ad ramos exſiccatos ut plurimum ad unum latus, denſo agmine e longinquo ſphæriam mentiens, ſuperficies enim in ſtatu illæſo granuloſa, forma globoſa. - *Faſciculi* pulvere multo ſcatent, quod inprimis obſervare licet, ſi deterantur, aut ſi ramus, cui innaſcuntur hi fungilli, decerpendo concutiatur.

49. *Dematium petræum: rupeſtre ceſpitoſum ſubconfluens, primo aureum demum incanum.* (Byſſus *aurea* Lin.)

Hab. inprimis ad rupes calcarias.

Deſc. Ceſpituli ſubrotundi, alii forma indeterminata inſtructi, recenti in ſtatu ſubfarinacei & colore vivido aureo, qui in fungis inprimis aſſervatis ex albido cineraſcit, donati. *Fila* ut plurimum ramoſa: ramis inæqualibus.

50. *Erineum tiliaceum: gregarium, pulvinatum, pallidum.*

Hab. freq. æſtate in averſa parte foliorum Tiliæ.

Deſc. Ceſpituli fere totum, ſed ſparſum folium occupant, nunc rotundi, nunc ovati, plurimi vero inæquales, 3 lineas lati, colore læte pallidi, ſubvireſcentes. Superficie applanati.

Torula.

Filis ſimplicibus articulatis indeterminate effuſis, mucidis.

51. *Torula monilis: late incruſtans, atra, filorum articulis globoſis ſubcontiguis.*

Hab. in caule putrido exſiccato Herbarum majorum, Umbellatarum inprimis, ubi cruſtæformis effuſa apparet.

52. *Torula fructigena: cinereo-albida, ſubrotunda, filorum articulis ovatis.* Tab. I. fig. 7.

Hab. in variis fructibus putridis Pruni *domeſticæ*, Amygd. *Perſicæ*, autumno præcipue frequens in piris putridis, ceſpitulos craſſos ſubrotundos efficiens.

Obſ. Fila in novo hocce genere nec in capitula ſtipitata colliguntur, qualia exhibent *Moniliæ*, neque digitiformia trunco impoſita, uti in genere *Aſpergillo* locum obtinet, & articulata: articulis deciduis, & glabra ſimpliciſſima ſunt, quæ in *Dematio* non obſervantur.

53. *Peziza Macropus: ſtipitata magna: cupula hemisphærica intus murina, extus cinerea; ſtipite longiſſimo attenuato.*

Var. α. *hirta*, cupula ſtipiteque lacunoſo hirto. Tab. I. Fig. 3.

Var. β. *lacunoſa*, cupula ſtipiteque lacunoſo ſubverrucoſo. Tab. I. Fig. 2. Pez. *ſtipitata* Bull. champ. tab. 457. Helvella *hiſpida* Bolt. Fung. tab. 96.

Var. γ. *lævipes*, ſtipite mediocri lævi, cupulaque ſubverrucoſis. — Elvela *hiſpida* Schæff. Fung. tab. CLXVII. Peziza *ſtipitata* Hudſon. Flor. Angl.

Obſ. Sub nomine: *Peziza ſtipitata* inprimis *var. γ.* inter plantarum ſcrutatores cognita eſt hæcce ſpecies: verum tres haſce varietates malui uno inſignire nomine, longitudinem ſtipitis exprimente, cum plures ſpecies ſtipitem plus minus longum poſſident. *Varietas α.* forte propria ſpecies, color enim obſcurior, ſtipes craſſior & altior radiculis fibroſis nigris donatus; & tandem *velum* ſeſe magis

hirſutie, quam ſquamulis verrucoſis exhibet; ſed ſolummodo unum ſpecimen, poſtea amiſſum, adhuc inveni, ita ut nihil certi de ea proferre poſſim. *Varietas γ.*, in quam tempore autumnali pluries incidimus, multo minor, nec non colore dilutiore, ejusque ſtipes magis cylindricus & utplurimum lacunis deſtitutus eſt; an ſpecies diſtincta?

54. *Peziza æruginoſa: ſparſa, ſtipitata, glabra, æruginoſa: diſco albido.*

Peziza viridiſſima petiolata, ſcypho infundibuliformi. *Hall.* Stirp. helv. Ed. II. n. 2236.

Hab. paſſim in truncis putreſcentibus quercinis.

Obſ. Cupula majuſcula flexuoſa, nonnunquam diſco etiam ſubvireſcit, externe vero tota una cum ſtipite ſubcylindrico amœne viridis. — An forte truncus quercinus, quem ſemper colore viridi tinctum vidi, ſuum colorem huic ſpeciei communicarit, & hinc noſtra ſolummodo *varietas* Pez. *imberbis* Bull.? ſed eam nunquam aliis in truncis nec totam albidam reperi.

55. *Peziza grandis: magna acaulis, flexuoſa, olivaceo-umbrina, extus baſi lacunoſa alboque tomentoſa*

Deſc. Tempore æſtivo jam in pinetis provenit ſed raro 2—3 unc. lata, 1½ alta; facili modo rumpitur & tunc explicata reperitur. *Subſtantia* fragiliſſima pro more hujus familiæ; externe præſertim colore ex olivaceo-umbrino, ſquamulisque ſubfurfuraceis obſita; attacta, aut radiis ſolis expoſita, fumum ſeminoſum emittit.

56. *Peziza carpophila: ſtipitata, minuta, turbinata, candida, villo denſo perſiſtente obſita; ore connivente.*

Hab. non raro in Pericarp. aridis *Fagi* ſylvat., inter minores tamen elegantiores pertinet. *Stipes* breviſſimus glaber. *Cupula* utplurimum connivens: diſco inconſpicuo, hinc turbinata ſ. obconica.

57. *Peziza virginea: gregaria candida: ſtipite longiuſculo ſubcylindrico; cupula hemisphærica patula; villoſa: villo ſubevaneſcente.*

Peziza *lactea* Bull. champ. tab. 376. fig. 3. excluſo ſynonymo: Pez. *lactea* Batſch.; (In icone Bulliardiana etiam nonnulla individua obconica ſeſſilia ſunt propoſita, hinc ſorte aliena eſt ſpecies.) Peziza *virginea*. Batſch El. Fung. pag. 125. *Michel* Nov. Gen. pl. tab. 86. fig. 15.

Hab. in ramis dejectis putridis.

Obſ. Antecedente major, ſtipite longior & inprimis cupula hemisphærico-concava & diſcus hinc denudatus eſt, ſubſtantia quoque tenuior, colore parum palleſcit, & demum magna ex parte villo deſtituitur.

58. *Peziza corticalis: ſeſſilis ſubgloboſa, tomentoſo-ſtrigoſa cinereo-albida: ore rotundo connivente.*

Hab. freq. in trunci quercini cortice arido, ubi ad magnam latitudinem diſperſa, arenulis e longinquo non abſimilis, forma fere globoſa, ſed in vigore ob tomentum ſtrigoſum angulata apparet, dein lævis fit.

Obſ. Neſcio, quo modo acciderit, quod differentia ſpecifica hujus ſpeciei in *Diſpoſitione methodica fungorum* (Neues bot. Magazin pag 113.) plane omiſſa ſit, remanente ſolummodo nomine *triviali*, quod nunc ante aliam *Pezizæ* ſpeciem loco veræ denominationis: *hyalina* ſcilicet vices gerit.

59. *Peziza fusca: cupulis glabris cinereis, tomento crustæformi fusco insidentibus.*

Hab. passim ad ramos exsiccatos *Cratægi* & *Populi*; Fomentum crustæforme s. *subiculum* elongatum 2-3 unc. longum, cui insident *cupulæ* teneræ, concavo-hemisphæricæ, cæsio-cinereæ: ore dilutiore.

60. *Peziza Marsupium: acaulis, magna, pallescente-alba, margine flexuosa subconnivente, intus basi subtuberculosa.*

Peziza *vesiculosa*, var. 2. *Bull.* champ. pl. 457. fig. I.

Provenit autumno in faginetis solitarie ad terram; unc. 1. fere magna, uno latere sæpe inflexa, externe subfarinacea, sordide albida, sæpe glebulis terreis post pluvias inquinata; recens fracta liquorem subvirescentem secernit.

61. *Peziza anomala: stipitata, incrustanti-conferta, exsiccata crispa, cervina, ore connivente dilutiore.*

Hab. Vere & Autumno non infrequens ad ramos dejectos, ubi multa individua ita conferte sibique approximata crescunt, ut quasi unum repræsentent fungum. Etiam hoc peculiare præsefert hæcce species, quod mox exsiccatur, quo *cupula*, antea obconica & teres, compressa aut angulose contrahitur etiam minor fit; *stipes* quoque tenuior factus & nigrescit; nonnunquam divisus duas tresve sustentat cupulas. *Discus* ægre conspicuus albidus, margo fere semper contractus & colore subalbicans. Specimina juniora ad latera sparsa, subglobosa sessilia.

Obs. Incertum est, an hæcce Species ob crescendi morem formamque mutabilem &c. a cæteris anomala, jure sub hoc militet genere, etiam *hactenus* sub mi-

crofcopio nullas thecas invenire mihi licuit; eam lubentius *Soleniis* adfcripferim, fi fubftantia membranacea & rigida effet; neque etiam ob difcum hemisphæricum in apice aliis *Pezizis* fimilem usque ad bafin excavata eft.

62. *Craterella crifpa: pileo carnofo, depreffo, murino: margine erecto undulato-crifpo, fubtus rugofo cinereo-pallido.*

Helvella *crifpa*, coriacea in ftipitem bafi attenuatum nec fiftulofum definens; margine crifpo. *Bull.* champ. pl. 465. Fig. I. *Elvela* floriformis. *Schæff.* Fung. tom. III. tab. 278. (in ftatu juvenili).

Hab. autumno in faginetis.

Defc. Gregarie crefcit ætate & magnitudine diverfa. Juniorum *pileus* orbicularis, umbilicatus & fubtus lævis eft; maturis in fungis pilei difcus magis deprimitur: margine erecto undulato. Hoc in ftatu *Hymenium* rugofum evadit, & rugæ fubvenofæ quidem funt, fed plicis diftincte dichotomis & prominentibus nequaquam conftat. *Sporæ* ovatæ copiofæ thecis diftinctis, uti in aliis hujus generis fpeciebus obfervatur, non inclufæ.

63. *Hyfterium conigerum: erumpens, flexuofum, rugofum, nigrum.*

Hab. copiofe in fquamis Strobili *Pini Abietis*, quæ hinc nigro-ftriatæ apparent, inter minores pertinet, juniores punctiformes fubrotundæ, demum ovatæ plures elongatæ flexuofæ. Primo obtutu vero formam confufam indeterminatam monftrat, ita ut quisque facile nefciret, cuinam generi hanc fpeciem primo intuitu adfcripturus effet.

64. *Hysterium abietinum: gregarium, paralelum rufescens: labio tenui.*

In Hercynia non infrequens ad ligna exsiccata subputrida abietina invenitur. *Perithecia* angusta recta humectata rufescunt, sibique paralela in latitudinem nonnunquam spithameam crescunt.

STILBOSPORA.

Materies compacta humectata fluxilis, *receptaculo* proprio destituta in truncis parasitica.

65. *Stilbospora Sphærosperma: — sporis globosis.* Tab. I. fig. 6.

Hab. inprimis in culmo arido *Arundinis Phragm.* utplurimum ex rima in culmo orta profluit, nonnunquam in maculam rotundam collecta.

66. *Stilbospora Microsperma: — sporis ovato-angulatis.* Tab. II. fig. 3.

Prov. in variis arborum truncis, nonnullæ subrotundæ, aliæ ovatæ, angulatæ aliæ & nonnullarum Sphæriarum sporis similis, & in hac uti in antecedente specie septulis sunt destitutæ.

67. *Stilbospora ovata: — sporis ovatis.* Tab. II. fig. 2.

Prov. in truncis fagineis, formam ovatam exacte repræsentat; sed *septula* distincta equidem in hac specie non observantur.

CLAVARIA.

Elongata carnosa teres, *clavula* simplice ramosaque, stipite contigua.

68. *Clavaria fumosa: cespitosa fuliginea, clavulis congestis flexuosis.*

Hab. paſſim autumno ad terram ſubhumidam utplurimum ex clavulis 40—50 baſi cohærentibus longitudine triunciali conſtans, colore fumoſa, baſi albidior, exſiccata cineraſcit; verſus apicem attenuatur, ſubſtantia fragilis.

69. *Clavaria fragilis: ceſpitoſa candida, clavulis congeſtis fiſtuloſis obtuſis, baſi hyalinis.* — Clav. *fragilis α.* aba. *Holmsk.*

Obſ. Simul cum antecedente creſcit ſed frequentior provenit, numero, ſubſtantia, magnitudine etiam convenit, demum vero ſubcompreſſa fit. — Hæcce ſpecies a pluribus Botanicis jam adnotata videtur, & diverſe denominata; ſed cum dentur ſpecies, aliæ fiſtuloſæ, ſolidæ aliæ, hac vero circumſtantia utplurimum in deſcriptionibus omiſſa, tales ſpecies extricandas ſynonymiamque explicandam in aliud tempus differendam duxi.

70. *Clavaria aurantia: ceſpitoſa, ſubrugoſa opaca aurantia: clavulis baſi ſubtomentoſis liberis.*

Hab. menſe Aug. & Sept. ad terram, cui tomento flavido demum albicante adhæret; utrinque ſubſulcata, ſuperficie rugoſa; colore opaca ex rubello-aurea.

71. *Clavaria Byſſiſeda: fruticuloſa, ſubramoſa rufeſcente-pallida, radiculis byſſoideis albidis inſidens.*

Ramaria *fimbriata* ramis clavatis, radice protenſa, reticulata. *Holmsk.* Coryph. Clav. & Ram. complectens. *Hafn.* 1790. p. 98.

Obſ. Magnitudine nec non forma diverſa, gregarie in truncis provenit: minores ut plurimum incurvatæ, majores furcatæ: trunco elongato tenui; $\frac{1}{2}$—1 unc. longæ. *Radiculæ* pro ratione inſignes intra fiſſuram

trun-

truncorum penetrant, nunc fibrillosæ, nunc dilatatæ byssoideæ, colore albidæ.

Ascobolus.

Receptaculum hemisphæricum; *Thecæ* sparsæ prominulæ dissilientes.

72. *Ascobolus furfuraceus: gregarius, subconcavus, externe furfuraceus.* Tab. 4. fig. 3. a. & fig. 4. 5 & 6.

Peziza *stercoraria* exigua crassiuscula, fragilis, glabra, sessilis, cratera cupulari, punctis nigricantibus prominulis hispida. *Bull. Hist. des champ. de la France.* pag. 256.

Var. α. fuscus, cupula disco obscure fusca.

Pez. stercor. *violacea*, subtus albescens granulosa, supra violaceo-subfusca: vetustate fusco-nigricans. *Bull.* l. c. tab. 376. fig. 1?

β. flavo-virens, cupula virescente flava.

Pez. stercor. *lutea*, prima ætate substramineo-lutea, vetustate subfuliginea *Bull.* l. c. t. 376.

Elvela fimetaria *Scop.* Fungi rar. Hung. in *Anno IV. Hist. Nat.* Tab. 1. fig. 6. huc etiam pertinet.

Hab. frequens in pratis super Sterc. vaccinum.

Desc. Cupula, uti in omnibus mihi notis hujus generis speciebus, sessilis & carnosa, primo subglobosa: ore contracto, demum aperte hemisphærica, disco subdepressa, $\frac{1}{2}$—2 lin. lata, margine subtusque albicans, grumosa, superne plerumque obscure fusca, in β. flavo-virens; hæcce varietas, quæ parum minor, forte a loco & tempore solummodo diversa, nam sæpe prior, jam æstate, & magis intra fissuras loci natalis crescit, sed tamen

etiam autumno eadem in ſuperficie cum α. provenientem, nec non colorem viridem in dilute fuſcum tranſeuntem vidi. *Thecæ* e longinquo ut puncta nigra apparent, attactæ aut calori expoſitæ, vel cupula exſiccanda, elaſtice diſſiliunt, intus humore limpido repletæ, quod elucet, ſi comprimendo dilacerentur, aut ſi vi ſua vicinis corporibus adjectæ iisdem adhæreant. *Sporæ* utplurimum octo ovatæ pro more hujus generis nigræ.

73. *Aſcobolus glaber: congeſtus glaber, orbicularis ſubconvexus.* Tab. IV. fig. 3. b. & fig. 7. a. b. c.

Aſcob. *glaber* in *Römers N. Bot. Mag.* 1 *B. p.* 115.

Var. α. cupula elongata teres. Fig. cit. a. (forte junior fungus).

β. cupula ſubconica. Fig. cit. b.

γ. cupula depreſſa. Fig. cit. c.

δ. cupula convexo-hemisphærica major.

Æſtate & autumno eodem in loco cum antecedente ſed minus frequens provenit, minutiſſimus oculo inermi vix diſtincte conſpicuus, nitidus e fuligineo luteſcens. *Cupula* in *var.* α. primo ventricoſa ſ. utrinque ſubattenuata, dein cylindrica & ſine dubio tandem in *var.* β. deprimitur, cum ambas ſimul creſcentes vidi, margine in nonnullis ſubrepando & in δ (forte propria ſpecies, dimidio enim major & colore opaco multo obſcurior eſt) toto reflexo: diſco hinc convexo; in *var.* β. obconica obſervatur; externe glaberrima. *Thecæ*, ubi cupulæ adhuc inmerſæ ſunt, capitatæ apparent, in β.

magis prominent. *Sporæ* forma & numero cum præcedente conveniunt.

74. *Ascobolus inmersus: sparsus inmersus, irregularis subconicus, externe subfurfuraceus.* Tab. IV. fig. 7. d. e.

Etiam in stercore vaccino, sed rarior provenit, cui inmersus, solummodo nudo oculo thecis longioribus & ob sporas iis inclusas, nigrescentibus, sese manifestans. Etiam de hac specie duæ prostant *varietates* a diverso situ, uti videtur, ortæ, ubi receptaculum loco natali magis est inmersum & fere eo tectum, *thecæ* convergunt, si prominet, hæ divergunt. *Cupula* utplurimum conica, subdiformis, disco truncata & hic sæpe, forte a humore e thecis ruptis, humida, magnitudine naturali præcedentem speciem parum superat. *Thecæ* pro ratione longæ & crassiusculæ, nonnunquam subincurvæ, e contrario vero paucæ 3 — 4 in disco observantur. *Sporæ* videntur subangulatæ, & eas humori suo natantes, etiam Microscopio simplici, modo valde augente, observare licet.

Stereum.

Pileus dimidiatus (coriaceus): basi subeffuso-adnexus, superne reflexus fasciatus; *Hymenium* utplurimum papillosum.

75. *Stereum Coryli: basi late effusum, ochraceum: parte superne reflexa brevi, glabra subspadicea.*

Hab. frequens plerumque ad truncos *Coryli Avellanæ.*

Obs. Primo obtutu hanc speciem pro *Corticio* quodam habebis, utpote 3 — 4 unc. lata effusa est, apice tamen luculenter ad dimidiam unciam se

reflectit, fasciisque distinctis prominentibus instructa. *Hymenium* dilute ochraceum, sæpe rimosum, papillis sparsis minutis obsitum. Ab insectis præ omnibus speciebus visitatur & destruitur.

76. *Stereum laciniatum: imbricatum fuscum; pileo tenui laciniato crispo subtus papillis congestis scabro.*

Hab. passim ad radices truncorum, dense inter se & cum ramis vicinis aliisque quisquiliis coalitum, cespitem difformem efformat, processum stipitiformem basi sæpe exserit. *Pileus* 2 unc. latus, tenuissimus, rigidus, margine incisus, superne fibrilloso-squamosus; *Papillæ* minutæ, ita confertæ adsunt, ut Hymenium ad tactum scabrum evadat. Superficies glabra, opaca e fusco subrufescens.

CRATERELLA.

Pileus integer infundibuliformis; *Hymenium* subrugosum aut læve.

77. *Craterella ambigua: varia, pileo margine utplurimum inciso, subtus lævi, fusco, superne striato, pallidiore.*

Var. α. minor pileo margine integro. Tab. VI. fig. 8.
β. pileo margine profunde inciso. Tab. VI. fig. 10.
γ. *floriformis*, margine inciso: laciniis subinbricatis crispis.

Hab. passim in pinetis initio autumni.

Desc. Sesqui unciam utplurimum alta est, exacte infundibuliformis; *Stipes* brevis colore obscuriore atropurpureo, *Hymenium* lævissimum, substriatum, hinc inde tamen papillis minutis obsitum. *Pileus* medio

ſeu in profunditate ſubfibroſus, marginem verſus ſtriatus, exſiccatione hic inprimis expalleſcit, margine nunc integer, utplurimum vero fiſſus, & in *varietate γ.* ad medium inciſus: lobis torquatis ſibique imbricatis elegantem formam, *Dianthi* flori fere ſimilem, aſſumit. *Subſtantia* tenuis coriaceo-membranacea.

Obſ. Hæcce Species tranſitum ad Ramariam *palmatam Holmsk.* aut Clav. *palmatam* Scop. Flor. carn. Tom. II. pag. 483. efficit; hinc incertus fui, utrum inter diverſas hujus ſpeciei varietates eſſet recenſenda; creſcendi enim modo, colore nec non ſubſtantia ſubſuberoſa cum hocce fungo clavæformi convenit; & ob hymenium in utrisque ſpeciebus, licet forma diverſis, papillis hinc inde obſitum, affinitas cum fungis thelephoris patet. Hac de re genus *Craterellam*, Clavarias illas *ſuberoſas* (Clav. *flabelliformis Batſch.*, Cl. *coriacea Bull.* & nonnullæ aliæ adhuc deſcribendæ ſpecies) *Stereum* & *Corticium* ſub uno comprehendenda eſſent genere: *Thelephora* ſcilicet, niſi experientia edoctus eſſem, multum ad facilitandam ſcientiam in ſpecierum determinatione & inveſtigatione conferri, ubi diverſæ & habitu valde a ſe deflectentes familiæ ad ſingula evehantur genera.

Corticium.

Effuſum, ſubſtantia varium, totum adnexum; *Pileus* inconſpicuus, oblitteratus, *Hymenium* (hinc) reſupinatum læviuſculum, papillisque obſitum.

78. *Corticium acerinum: tenue læve ſubinterruptum, cæſio-albidum.*

Hab. non infrequens in cortice *Aceris campestris*, cui quasi adflatum, forma indeterminatum, attamen magis elongatum, & ob corticem costatum huic arbori proprium, sæpe interruptum, substantia subcoriaceum, in superficie papillis distinctis equidem non obsitum, colore subnitidum fere argenteum.

79. *Corticium sulphureum: suborbiculare, medio compactum cinerascens: margine fibroso-byssinum sulphureum.*

Hab. sera æstate ad truncos exsiccatos abietinos, etiam passim in pinetis supra terram effusum.

Desc. Ambitu suborbiculare, 2 unc. in diametro, substantia subvillosum, centro vero compactum & cinereum, papillas pruinamque seminalem proferens; in statu juniore & adhuc dein margine totum villosum & colore læte flavum.

80. *Corticium lividum: totum glabrum subviscosum e cæsio rufescens, papillis variis, nonnullis dilutioribus.*

Hab. autumno & hyeme, tempestate pluviosa, in Salicibus cavis, locis putridis, ubi ut plurimum in longitudinem 2—3 uncialem & nonnunquam ad 1 spithamam effusum est, colore lividum & forte ob lignum transparens in una alterave parte rufescit. *Papillæ* majusculæ inæquales, concolores, quæ vero magis prominent, albidiores sunt.

81. *Corticium fuscum: subrugosum molle, e violaceo fuscum: margine subtomentosum.*

Var. β. substantia ubique subæquali, colore dilutiore.

Prov. passim in ramis abietinis, β. in ramis fagineis; substantia e coriaceo subtomentosum; colore nunc obscure fuscum, nunc e cinereo fuscum, & in β. ad violaceum tendens; superficie nunc læve, nunc

forte ob locum, rugosum, papillis distinctis equidem non obsitum; latitudine fere biunciale.

Var. β. substantia tenerior, hinc facilius e ramis evellenda.

82. *Corticium incrustans: terrestre, subcarnosum, rugoso-tuberculosum pallidum: margine tenui dilutiore.*

Æstate post densas pluvias supra terram folia & ramulos effusum, & ea quasi incrustat, superficie valde rugosum, papillisque intermixtum, opacum, e pallido demum lutescens, margine tenuissimum subfibrosum, versus medium incrassatum carnoso-coriaceum.

Datur *varietas*, quæ colore subcæsio & substantia subtremellosa ad Corticium *lividum* accedit, forma vero crescendique modo, parvitate excepta, huic C. *incrustanti* similis est; hinc distincta forte species.

83. *Geoglossum viride: subfasciculare, viride; clavula obtusa, stipite squamuloso.*

Clavaria mitrata β. viridis. *Holmsk. Coryph.* pag. 24. Icon.

Clavaria *viridis*, cespitosa integerrima viridis, clavula integra rugosa. *Schrad.* apud *Gmel.* Syst. Nat. L. tom. II. p. 1443.

Autumno in faginetis nunc sparsim, nunc e 3—4 individuis fasciculatim conjunctum provenit.

Desc. Stipes etiam exsiccatus læte viridis, unc. 1. ut plurimum longus, squamulis furfuraceis obtectus. *Clavula* stipite multo brevior 3—4 lin. longa, 2—3 lin. crassa, subrugosa in utrumque stipitis latus parum decurrit, (quo generi *Spathulariæ* accedit hæcce species), colore obscurior & arefacta quasi nigrescit.

84. *Geoglossum olivaceum: sparsum ex olivaceo fuligineum; clavula acuminata stipite longiore.* Tab. V. Fig. 7.

Provenit perraro in locis graminosis apricis.

Desc. Stipes dimidiam unciam longus, subincrassatus basi pallescit. *Clavula* utplurimum compressa, passim triquetra, unc. 1 & nonnunquam duas uncias fere longa est sursum attenuata, exsiccata apice ob substantiam molliorem, quam in antecedente, saepe nigrescit & induratur.

Obs. Ob colorem, & clavulam attenuatam stipite longiorem a G. *viridi* separandum duxi.

85. *Peziza depressa: suborbicularis sessilis, rubro-carnea, depressa: margine erecto subinflexo.* Tab. VI. fig. 7.

Octospora applanata Hedw.?

Prov. passim in agris etiam ad margines rivulorum autumno, $\frac{1}{2}-\frac{3}{4}$ unc. lata, lineam crassa, utplurimum subcircinata, etiam elliptica, colore ruso-carnea sed non cinnamomea, externe dilutior subpurpurascens basi saepe villo albido terrae adhaeret, substantia carnosa, superficie laevis nec rugosa.

Obs. An forte Octospora *applanata*, cinnamomea, expansa superne plana rugosa, inferne dilute colorata *Hedw. Musc. frond.* tom. II. tab. 5. statu solum veteriori discrepat? Octosp. applanata. *Schrank. Fl. bav.* Tom. 2. p. 505. substantia diversa est.

86. *Peziza pura: gregaria laevis tremellosa obconica, dilute carnea: margine subflexuoso.*

Perraro in Hercynia ad truncos abietinos a me reperta.

Desc. Substantia, in hac tamen molliore, magnitudine & forma cum Pez. *inquinante* (Pez. nigra. *Bull. ch.* pl. 460. *Schaeff. fung.* tab. 158.) convenit. Junio-

res cylindricæ, difco fubexcavatæ, adultæ furfum dilatatæ, planiufculæ externe fubrugofæ fed glabræ, margine fæpe uno latere excifæ. *Sporæ* e difco lævi elaftice in auras avolant, fed non vifcofæ neque digitos inquinant.

87. *Peziza aurea: congefta minuta feffilis planiufcula fubtremellofa colore fulvo nitido.*

Hab. freq. ad variarum arborum truncos; fubftantia carnofo-tremellofa, hinc exficcata fubrugofa & fubcarnea, nec non fuperficie vegeto in ftatu applanata fubmarginata a Pez. *lenticulari* Bull. fatis diftincta. Lineam unam vix lata eft.

88. *Peziza clandeftina: ftipitata gregaria, turbinata tomentofa, obfcure cinerea: ore connivente.*

Peziza clandeftina *Bull. champ.* p. 251. pl. 416. fig. 5.

Hactenus hancce fpeciem nullibi inveni, nifi & quidem non infrequenter in ramis, in terram dejectis & obtectis, *Rubi Idæi;* ob ftipitem furfum incraffatum & cupulam fubhemisphæricam formam habet obconicam. Color opacus tomenti cinereus, villo ablato dilute umbrinus eft.

89. *Peziza Oxyacanthæ: fparfa fubfeffilis, cupula fubglobofa villofa candida: difco aurantio.*

Prov. vix alibi, quam in ramis aridis in terram dejectis *Cratægi Oxyacanthæ* tempore vernali.

Peziza *bicolor*, minima, craffiufcula, firma, feffilis, fubtus nivea, villofa; cratera cupulari aurantio-coccinea. *Bull.* champ. de la Franc. p. 243. pl. 410. fig. III.

Peziza pulchella. *Ehrb.* Plant. cryptog. exficcat.

Obſ. Cupula tempeſtate humida aperta hemisphærico concava, parum arefacta margo mox contrahitur, hinc ut plurimum forma induta globoſa; non vero tam firma eſt, uti b. *Bulliard* adnotat, nam facile conteri poteſt, nec tota ſeſſilis, ſtipite enim, brevi quidem, glabro, epidermidem ramorum penetrat.

90. *Peziza patula: ſtipitata, ſparſa villoſa alba; diſco plano ochraceo.*

Obſ. Pulchella hæcce ſpecies, quam in foliis putridis quercinis autumno reperies, *ſtipite*, pro ratione longiuſculo, etiam villoſa, nec non cupula *diſco* applanata primo albida, demum dilute ochracea, ab antecedente ſatis differt, ejus quoque diverſitas a Pez. *virginea*, cui, parvitate excepta, e longinquo non valde diſſimilis, ex hoc patet.

91. *Peziza fructigena: ſparſa glabra; cupula ſubinfundibuliformi ruſeſcente, ſtipite longo, ſubflexuoſo, deorſum attenuato, pallido.*

Peziza *fructigena*, exigua, tenuiuſcula fragilis, glabra, in ſtipitem baſi attenuatum deſinens; cratera cupulari *Bull. champ.* pag. 236. pl. 228.

Peziza fructigena. *Sibthorp. Fl. oxonienſis.* pag. 387. *With.* Bot. Arrang. of brit. Plants. Vol. 3. p. 440.

Peziza *Carpini*, ſtipitata, convexo-plana, vel demum planata parum cava; ſtipite elongato lineari validiuſculo; ſordide ochraceo-albens. *Batſch. Elench. fung.* Cont. 1. p. 215. Tab. XXVII. fig. 150.

Peziza Tuba *Bolt.* Funguſſ. Tab. CVI. fig. 1.

Peziza flaveſcens, petiolata, ſcypho infundibuliformi *Hall.* Stirp. helvet. n. 2235.

Peziza *virgultorum*, ſtipitata flaveſcens, arborea *Prim. fl. Holſ.* p. 106. — *Flor. dan.* Tab. MXVI. fig. 2.

Var. β. ſubularis, triplo major erecta, colore obſcuriore.

Pez. *ſubularis*, tenuis fragilis, glabra, lateritia in ſtipitem longiuſculum & gracilem deſinens; cratera cyathoideo-cupulari. *Bull.* l. c. pl. 500. fig. 2.

Hab. Autumni initio frequenter in ſylvis ad fructus deciduos quercinos, Carpini; etiam in ramulis in terra jacentibus provenit.

Deſc. Stipes in diverſis ſpeciminibus ejusdem acervuli longitudine & craſſitudine diverſus, inprimis in glandibus quercinis, ſi creſcat hæcce ſpecies: in individuis ſuperficiem occupantibus brevis, ad latus ſ. in inferiore loci parte multo longior, hinc incurvus; in omnibus verſus baſin attenuatus, & ut plurimum ſubflexuoſus, colore ex albido palleſcens, longitudine 3 — 4 lineari. *Cupula* lineam lata, ſubobconica patens, ex pallido rufeſcens, ſubſtantia duriuſcula.

Obſ. Pez. *ſubularis*, quæ in *ſeminibus* Bidentis & Helianthemi habitare dicitur, omnibus in partibus major, nec non colore ſubrutilans; an mera varietas?

Pez. *calyculus* Batſch. (Elench. fung. Fig. LVII.) quoad iconem non recedit, ſtipite etiam gaudet incurvo, ſed uti videtur craſſitudine æquali & cupula orbiculari? concolor.

92. *Peziza cerina: conferta ſubſeſſilis, cupula tomentoſa, luteſcente-olivacea ſubnitida; diſco ochraceo.*

Pez. *lutefcens* in *Römers* N. Bot. Mag. p. 113.

In ramis & affulis ligni colore fefe facile manifeftat, villus enim externus ex olivaceo & luteo mixtus fubnitet. *Stipes* breviffimus teres, bafi glaber & nigrefcit. *Cupula* hemisphærico-concava, lin. 1 lata, margine exficcando mox contrahitur, hinc *difcus* flavefcens tempeftate humida confpicuus. — Licheni *cerino* e longinquo fubfimilis.

Obf. Ne cum Octofpora *lutefcente* Hedw. (Peziza *Gmel.* N. S. L.) confundatur, alia ei attribuenda effet denominatio. — Pez. *olivacea* Batfch. quoad colorem externum cum hac fpecie parum convenit, verum illa omni plane orbata tomento & difco nigra, etiam multo major eft.

93. *Agaricus anifatus: gregarius pileo carnofo, convexo, fubæruginofo opaco; lamellis ftipiteque tuberofo, dilutioribus.*

Var. β. pileo fubumbonato; lamellis ftipiteque albidis.

His in regionibus in pinetis non infrequens provenit; β. rariffime in faginetis vidi.

Def. *Stipes*, ubi terram intrat, etiam in *var.* β. bulbofus, & hic tomento albido cinctus, intus demum cavus, 2 unc. longus, 4 lin. fere craffus, pileo concolor, frequenter etiam albicans, fero autumno & poft copiofas pluvias fæpe valde difformis fit & ferme 1½ unc. intumefcit. *Lamellæ* lanceolatæ, adnexæ, ratione coloris ftipitem æmulantur, fed magis ad albidum vergere videntur. *Pileus* dein planiufculus, margine nonnunquam zona pictus, colore opacus, aquofe æruginofus; fapore & inprimis odore gratus; anifum redolens.

Obſ. Agarico *odoro* Bull. (champ. pl. 176.) affinis, ſed ſtipite non farcto, craſſitudine haud æquali, neque una cum lamellis toto albo, & tandem odore nequaquam moſchato ab hacce Bulliardi ſpecie ſatis ſuperque removetur. Vide ulteriores obſervationes de Ag. moſchato in egregio *Humboldti* libro: *Flor. Friberg. Specimen.* p. 86.

94. *Agaricus Cucumis: pileo glabro, ſubcarnoſo, fuſco-purpureo, lamellis ventricoſis, ferrugineo-croceis, ſtipite cavo tenui nigreſcente.*

Var. α. Ag. *campanulatus*, major, pileo campanulato, lamellis plano-adſcendentibus, ſtipite breviuſculo.

β. Ag. *orbicularis*, minor, pileo hemiſphærico, lamellis planiuſculis, ſtipite longiuſculo.

Paſſim in faginetis & pinetis ad terram.

Obſ. Hæ ambæ varietates quoad formam valde diverſæ, colore, ſubſtantia, nec non odore Cucumeris tamen conſentiunt. *Stipes* cylindricus cavus in α. pro ratione brevis, $1\frac{1}{2}$—2 unc. longus, in β. 2 unc. & ultra; $1\frac{1}{2}$ lin. craſſus eſt, apice pileo ſubconcolor; ceteroquin nigreſcit, opacus. *Lamellæ* ſtipiti ſubadnexæ colore nitidæ, pulverulentæ, latiſſimæ. *Pileus* in α. unc. unam & nonnullas lineas altus, baſi totidem propemodum latus, in β. $\frac{1}{2}$ unc. dilatatus, ſubſtantia tenuis; & quod ſingulare, putrefactus inprimis *var.* β. odorem piſcinum ſpirat.

95. *Agaricus ramealis: gregarius parvus ſubcoriaceus; pileo hemiſphærico albido: diſco ruſeſcente, lamellis confertis adnatis, ſtipite incurvo pulverulento-ſquamuloſo.*

Agaricus *ramealis*, ſtipitatus pileo convexo candido, lamellis non decurrentibus ſtipiteque concoloribus. *Sibth. Flor. Oxon.* p. 360.

Agaricus candidus. *Bolt. hiſt. of funguſſ.* Tab. 39. d. Ag. candidus. *Schrad. Spicilegium Fl. germ.* p. 126. (excluſ. ſynon.)

Hab. æſtate poſt pluvias in ſylvis ad ramulos dejectos & aridos frequens, ita ut mirum ſit, quomodo hæcce nitida ſpecies a tam multis Floriſtis præteriri potuit.

Deſc. Stipes dimidiam unciam longus, ſquamulis minutis ſurfuraceis obtectus, ſubſtantia ſubtenax, colore rufeſcens, forte a loco plerumque incurvus. *Lamellæ* anguſtæ ſtipiti totæ adnexæ & quidem in eum parum decurrunt pileo inprimis diſco depreſſo, in adultis ſubflexuoſæ. *Pileus* primo convexus, in ſtatu vetuſtiore planiuſculus imo & ſubumbilicatus fit, orbicularis, vix lineam altus, ſuperficie opacus ſubruguloſus, ſubſtantia ſubcoriaceus, hinc fungillum conſervare licet; prima in ætate omnino albidus, ſed dein inprimis diſco una cum lamellis ſæpe uno latere rufeſcit.

Obſ. Nonne Ag. *amadelphus*, quem *Bulliardus* in Tab. 550. Fig. 3. operis ſui ut diverſam propoſuit ſpeciem, mera hujus noſtri varietas? Magnitudine creſcendique modo convenit, ſed pileo magis depreſſo, & lamellis ruſo coloratis diſcrepat. Cum vero deſcriptio amplior cum Synonymia, nec non Diagnoſi hujus & omnium Agaricorum adhuc deſideratur, nil certi hac de re pronunciare licet.

Ag. *candidus* Hudſoni (Fl. angl. p. 620.) a nonnullis hic relatus, ſecundum cel. *Sibthorpium* l. c. p. 361. omnino differre videtur; Icon. enim e *Raji* Synopſi (Tab. 1. fig. 2. a) allegata, longe aliam repræſentat Agaricorum ſpeciem; Amanita *Hall.* St. Helvet. n. 2348. a b. *Hudſonio* citata potius Ag. *ſacharinum* Batſch. indicare videtur.

96. *Agaricus platyphyllus: pileo ſubcarnoſo fragili albido: umbone obtuſo ſquamuloſo-rugoſo nigreſcente; lamellis latiſſimis candidis ſubadnexis, ſtipite ſubradicato ſtriato albido.*

Autumno paſſim in truncis ſolitarius habitat.

Deſc. Inter majores pertinet; *Stipes* $\frac{3}{4}$ unc. longus, $\frac{1}{2}$ unc. fere craſſus, ſubcylindricus, radice brevi truncos intrans, ſubſtantia fibroſus, fragilis. *Lamellæ* $\frac{3}{4}$ unc. latæ, latere plicatæ, nonnunquam colore parum incarnato tinctæ. *Pileus* 3 unc. latus convexo-planus, ſubfibrilloſus non viſcidus, ſubcineraſcens: diſco in umbonem obtuſum ſubelevato e longinquo nigreſcente.

Obſ. Sequenti affinis, ſed revera ſpecie diverſus, uti videbimus. Ag. *galericulatus* Schæff. ceſpitoſus creſcens, ſubſtantia & magnitudine diſcrepat.

97. *Agaricus macrorhizus: pileo carnoſo, umbonato, viſcoſo, rugoſo, fuligineo-pallido; lamellis ſubdecurrentibus confertis candidis, ſtipite longiſſimo attenuato: radice longa fuſiformi.*

Agaricus *clypeatus* Linn.? (verum in deſcriptione hujus fungi, in *Flora Suecica* prolata, ille etiam in pratis creſcere dicitur, & ſtipes totus cylindraceus, de radice altum ſilentium eſt!, nec non

lamellæ ad latera pulvere obſcuro adſperſæ perhibentur.)

Agaricus *macrourus*. Scop. Fl. carn. T. II. pag. 423. *var.* *α*.

Agaricus *radicatus*. Relh. Fl. cantabr. Suppl. 1.? (ſed ſtipitem eſſe ſolidum, & lamellas paucas diſtantes ad pileum [ad ſtipitem?] non pervenientes, affirmatur).

Agaricus *umbraculum Batſch*. Elench. Fung. pag. 78. tab. 2. fig. 4. a.?

Agaricus longipes *Bull. champ. pl.* 232. (optime, ſed ſtipes quaſi pubeſcens delineatus!)

Mature jam provenit ſolitarius paſſim in ſylvis ad truncos, ſed etiam ad terram in locis montoſis fruticoſis.

Deſc. Stipes cavus, 6—8 unc. elongatus, deorſum incraſſatus ſubtuberoſus, pars ejus radicans iterum attenuatur, tres uncias fere longa, terram ſuboblique intrans; porro ſuperficie glaberrimus, dein ſæpe tortilis, ſubſtantia rigidus, pileo concolor, ſed dilutior, ſurſum vero albidus. *Lamellæ* 2 lin. & ultra latæ, niveæ inmutabiles, nec deliqueſcunt, in ſtipitem ſubdecurrunt. *Pileus* 2—3 unc. latus, tempeſtate inprimis humida, viſcidus, primo convexus, dein planiuſculus; imo margine ſæpe inflexus, *ſuperficie* nudus hinc inde rugoſus, medio umbonatus; *ſubſtantia* mediocris ſpongioſa ſapore ſubacida.

98. *Agaricus caperatus: pileo carnoſo convexo rugoſo, palleſcente-citrino, lamellis confertis, ſubargillaceis, ſtipite ſolido, ſupra annulum obliquum ſquamuloſo.*

In

In ſylvis fagineis nunc frequens, nunc rarus obſervatur.

Deſc. Stipes ſubtuberoſus 3 unc. longus, 4 lin. craſſus, glaber, ſed apice, quod peculiare, ſquamulis appreſſis obtectus; *annulus* plerumque obliquus, latiuſculus. *Lamellæ* emarginato-adnexæ, confertæ, opacæ. *Pileus* 4 unc. latus, campanulatus verſus marginem tenuis & ſulcatus, ſuperficie lacunoſo-rugoſus, glaber, colore opacus argillaceo-citrinus.

99. *Agaricus helvolus: pileo ſubcarnoſo, umbonato, foraminibus utplurimum pertuſo, lamellis diſtantibus cinnamomeis, ſtipite ſubcylindrico, deorſum annulo obſoleto cincto.*

Var. α. pileo glaberrimo helvolo, ſtipite longiuſculo. Ag. helvolus Bull. champ. pl. 451.

β. pileo ſimpliciter convexo caneſcente, lamellis ſordide cinnamomeis, ſtipite ſubfibrilloſo.

Hab. ad margines ſylvarum, locis graminoſis ad terram; pileo, neſcio qua ratione, foraminibus linearibus plerumque læſo, facile diſtinguitur.

Deſc. Stipes in α, 3 uncias fere longus, 3 lin. craſſus, aut baſi ſubtuberoſus, aut plerumque totus cylindricus, quo inprimis etiam ab Ag. *araneoſo* Bull. diſcrepat, extus ſubnitidus, ſubſtantia fibroſus pileo ſubconcolor, annulo magis deorſim ſito albido circumdatus, ſed & apice eum velo araneoſo tectum obſervavi. *Pileus* hemisphæricus glaberrimus, diſco umbonem diſtinctum exſerit ſubſtantia ſubtenuis, hinc nonnunquam multifidus, ſapore ſubnauſeoſus, colore ſimilis fere colori Corii

compingendis Libris adhiberi ſolito. *Var.* *β*. cum *α*. eodem in loco ſimul creſcit, ſed tamen rarior provenit, etiam magnitudine & pileo foraminoſo convenit, tamen nonnullis notis diſtinctivis e. gr. pileo ſimpliciter convexo fere absque umbone, colore, & ſtipite fibrilloſo, qui tamen etiam obſolete annulatus eſt, diſcrepat, hinc ulteriori adhuc ſubjici debet obſervationi.

100. *Agaricus* *tenacellus: gregarius parvus, pileo carnoſo-membranaceo umbonato, fuligineo-pallido, lamellis ſubdiſtinctis albis, ſtipite glaberrimo ſubfulvo tenace: baſi piloſo, apice albido.*

Var. pileo albicante. Ag. tenacellus. *N. Bot. Magazin* 1 Band. pag. 104.

Obſ. Autumno non infrequens in faginetis ſed magis in pinetis obſervatur ad terram inter muſcos. *Stipes* 2½ unc. longus, ſordide luteſcens, rigidus, durus lin. 1 craſſus. *Pileus* hemisphæricus planiusculus, elaſticus, nonnunquam ſubrugoſus, ½ unc. latus, colore ochraceo-lividus, ſero autumno aliquando ſordide albus evadit, ejusque umbo nonnunquam evaneſcit.

101. *Agaricus* *ericetorum: gregarius parvus; pileo membranaceo, fragili griſeo, lamellis diſtantibus: baſi latiſſimis, alternis majoribus, ſtipite mediocri, pileo concolore.* Tab. IV. Fig. 12.

Agaricus pſeudo-androſaceus. *Bull. champ.* pl. 276.

Agaricus *pſeudo-androſaceus*, ſtipitatus, pileo ſubfuſco depreſſo ſtriato infundibuliformi, lamellis decurrentibus ſtipiteque concoloribus. *Sibth. Fl. Oxon.* pag. 366.

Agaricus nothus. *Gmel. ſyſt. nat. Linn.* Tom. 2. p. 1423. — *Flor. Dan.* Tab. MXV.? (excluſ. Synonymis.)

Provenit pulchra hæcce ſpecies in ericetis inter polytricha &c.

Deſc. Stipes contra morem hujus Agaricorum familiæ longitudine mediocris a 4 ad 6 lin. elongatus, baſi albido-villoſus, ceterum glaber. *Lamellæ* inter ſe valde diſtant, ut plurimum inter majores unica dimidiata; majores baſi lata ſtipiti adnatæ, hinc triquetræ (quod neſcio quo modo in Icone ab Artifice exprimi omiſſum ſit), colore albicantes. *Pileus* ſtriatus pellucidus diſco excavatus 2 — 3 lin. latus.

Obſ. Nec loco, nec forma, neque colore cum Ag. *androſaceo* Linn. convenit — hinc a nemine facili modo cum hacce ſpecie commutari poteſt.

102. *Agaricus argillaceus: ſubgregarius, pileo carnoſo-membranaceo conico umbonato nitente-albo, lamellis demum argillaceis adnexis, ſtipite pileo concolore: velo fugaci.*

Prov. in faginetis autumno non infrequens, inter ſubminores pertinet.

Deſc. Stipes unc. 1 & ultra longus, lin. 1 craſſus, ſubſolidus demum cavus, ſubſtantia fibroſus, ſuperficie in nonnullis ſubfarinaceus. *Lamellæ* primo albidæ, dein ſubcinereæ, tandem argillaceæ, per lentem ob ſeminula ſubpunctatæ. *Pileus* ſuperficie ſubſtriatus, quaſi ſericeus ½ unc. altus acute umbonatus candidus: diſco dein flaveſcente; e forma

campanulata demum convexo-planus, inodorus & insipidus est.

Obs. Agaricus *inodorus* Bull., licet major & nonnullæ notæ essentiales depingendæ omissæ sint, ex. gr. *velum*, equidem non diversus videtur; Nomen vagum: *inodorus* forte ei hanc ob rem impositum, cum simul cum Ag. *alliaceo*, quocum nec familia conjunctus, nec facile confundendus, una in tabula est propositus.

103. *Agaricus decolorans: pileo carnoso viscoso flavido, lamellis primo purpuro-cæruleis, demum cinnamomeis, stipite subtuberoso albido: velo ferrugineo.*

Passim in pinetis provenit ad terram.

Desc. Stipes 2½ unc. longus, 2—3 lin. crassus, solidus, basi subincurvus & subbulbosus, superficie argenteo-sericeus. *Lamellæ* primo pulchre diluteque purpureæ sunt, stipiti emarginato-adnexæ angustæ. *Pileus* unc. 1. & ultra latus, convexo-planus, recenti in statu valde viscosus, e stramineo-lutescens. *Substantia* mollis pallida insipida.

Obs. Agaricus *bulbularis* Batsch. (El. fung. fig. 108.) colore quidem & forma (minor tamen est) congruit, sed de lamellis asserit eas non stipiti esse adnatas, neque etiam pilei viscosi, neque stipitis veluti ulla sit mentio.

Ag. *glutinosus*, stipitatus, pileo hemisphærico stramineo viscido, lamellis horizontalibus, annulo obsoleto *Curt.* (Fl. Lond.) ob stipitem annulatum magis ad Agaricum *semiglobatum* Batsch. pertinere videtur.

104. *Agaricus stipticus: cespitosus, pileo subcoriaceo emarginato alutaceo subfarinaceo, lamellis tenuissimis: venis*

connexis subcinnamomeis, stipite adscendente compresso apice dilatato.

Agaricus stipticus *Bull. Champ.* pl. 140. — *Schrad.* Spicil. fl. germ. p. 131.

Agaricus semipetiolatus. *Schæff. Fung.* tab. 208. — *Lightf. Fl. scot.* n. 1030. *Sibth. Fl. oxon.* p. 372. *Schrank. Fl. bav.* tom. 2. p. 615. *Hall. Stirp. helv.* n. 2338.

Agaricus betulinus *Bolt. Fungus.* tab. 72.

Agaricus flabelliformis. *Wulf.* in *Jacq. Collect.* Vol. 1. p. 341. *Gmel.* Syst. Nat. Linn. tom. II.

Sero autumno in faginetis ad truncos crescere incipit, ad ver usque observabilis.

Desc. Juniores stipite pro ratione crassiusculo suberecto pileoque subrotundo, margine involuto stipiti adpresso clavos simulant; pileo dein evoluto stipes decumbit & lateralis evadit: ille tunc magna ex parte dimidiatus aut saltem uno latere emarginatus s. reniformis fit, hic subcompressus, obconicus & apice quasi rotundatus, $\frac{1}{2}$ unc. fere longus, pileo concolor. *Lamellæ* angustæ ipsæ quidem non ramosæ, sed ad latera venis inter se connexæ, colore primo pallidæ, demum ex argillaceo dilute cinnamomeæ. *Superficies* pilei opaca, equidem non pulverulenta, sed quasi farina adhærente adspersa, nonnunquam inprimis tempestate humida obsolete zonata. *Substantia* coriaceo-carnosa durabilis, masticata saporem primo excitat lævem dulci-nauseosum, demum os internum & gulam sapore stiptico ardente, mordet. — Nonnunquam pileus integer subhemisphæricus & stipes subcentralis observatur.

105. *Agaricus mitis: gregarius candidus, pileo dimidiato subcarnoso lævi, lamellis liberis pallidis, stipite horizontali, apice dilatato.* Tab. V. Fig. 3.

Rarissime provenit autumno in ramulis *Pini Laricis.*

Obs. In ætate juniore forma indutus subelliptica demum reniformis fit. *Pileus* $\frac{1}{2}$ -- $\frac{3}{4}$ unc. latus, substantia carnosus, sed tenuis, subcompactus, superficie glaberrimus subnitidus. *Lamellæ* etiam angustæ, sed inter se liberæ, nec venis connexæ ex albido pallescunt. *Stipes* brevis cum pileo situ horizontali, compressus & apice tali dilatatur modo, quali in antecedente ei locus est; substantia vero, colore & sapore miti discrepat.

106. *Agaricus porrigens: imbricatus candidus; pileo glaberrimo, lato dimidiato: basi angustata porrecta; lamellis decurrentibus, stipite oblitterato.*

Agaricus *abietinus*, pileo subcarnoso, lamellisque inæqualibus albis stipite compresso. *Schrad.* Spicil. Fl. Germ. pag. 132.

In Hercynia ad truncos abietinos inprimis in valle prope: der Rehberger-Graben non infrequentem sese mihi obtulit.

Desc. Inter dimidiatos majores pertinet; *Pileus* 2 unc. & ultra latus, superficie applanatus, versus locum affixionis in formam stipitis compressi productus, hinc subtriqueter apparet; *substantia* tenuis carnoso-membranacea, humida, fragilis, insipida. *Lamellæ* confertæ tenues, $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. latæ, totæ decurrunt. *Color* niveus, dein subpallescit.

Semel *varietatem* sequentem memorabilem, sine dubio a loco natali mutato, hinc situ ipso variato ortum

ducentem, in ramo enim terra tecto, obfervavi:
β. pileo perpendiculari, infundibuliformi, contorto.
Et in hac varietate ftipes defuit, pileus erectus: margine reflexo, lateribus inflexis.

Obf. Cum folummodo eam fungi partem, quæ receptaculum, pileum &c. plus minusve fuftentat, & omni membrana fructificante: *Lamellæ, Pori* &c. deftituta obfervatur, caulem f. ftipitem nuncupo, nemo mihi imputabit, quare illam fe porrigentem pilei partem lamellis in eam decurrentibus vero obtectam, cum cl. *Schrader* (l. c.) etiam nomine ftipitis haud falutaverim. Quod ad nomen fpecificum attinet, licet locum adæquans, quamvis pluribus convenit fpeciebus, cum Ag. *abietino* Bull. Ag. *abietis* Gmel. confonum tamen, in aptius commutandum neceffarium duxi.

107. *Agaricus anomalus: erectus fpathulæformis, pileo dimidiato alutaceo-pallido: difco fpongiofo-fquamulofo, ftipite fquamulofo albido canaliculato.* Tab. IV. Fig. 1. a. b. c.

Rariffime provenit ad *terram* inter mufcos, autumno in faginetis hæcce notabilis fpecies.

Defc. Stipes unc. 1. long., 3 lin. craffus, perpendicularis, latere prono fulcatus, & villo uti fere in pilei difco fpongiofo f. cellulofo obtectus. *Lamellæ* longe decurrunt, confertæ pallidæ f. pileo concolores. *Pileus* fubpellucidus, fubcarnofus margine reflexus fulcatus, difco fubdepreffus. $1\frac{1}{2}$ -- 2 unc. latus, colore opacus.

Obf. Sententiam vulgarem in univerfum experientia confirmatam, fungos utpote dimidiatos inter *Aga-*

ricos, *Boletos*, *Hydna* &c. ſolummodo in truncis habitare, (niſi pileus dimidiatus, ſaltem utplurimum ſtipes lateralis a tali loco natali dependet) hac in ſpecie exceptionem ſubire, quisque ſibi facile perſuaſum habeat.

STEMONITIS.

Cortex tenuiſſimus evaneſcens; *Capillitium* reticulatum ſubcompactum *ſtylidium* cingens eique adfixum.

108. *Stemonitis faſciculata: major faſciculata, capillitio ſubattenuato, cortice toto evanido.*

Stemonitis *fuſca*, lineari-cylindrica, ſtipite nudo concolore breviſſimo, operculo minimo, petiolo ſetaceo corpus ſeminale fuſco-violaceum ſecundum longitudinem penetrante. *Roth. Fl. germ.* tom. I. p. 448.?

Clathrus nudus L. *Stemonitis* typhina. *Gmel.* Syſt. Nat. Linn. *Clathroidaſtrum* Micheli Gen. pl. tab. 94.

Clathrus nudus. *Bolt. Hiſt. of Funguſſ.* tab. 93. fig. 1.

Trichia *axifera*, ferruginea, ſtipitibus criniformibus, pericarpiis axi longitudinali adnatis, primum ſubovoideis, demum cylindraceis. *Bull.* Champ. pl. 478. fig. 1.

Aeſtate & Autumni initio non infrequens in ſylvis truncos incolens obſervatur. Primo mollis flexilis lactea, ſtylidio excepto duriore nigreſcente (Mucilago *Mich.* gen. pl. tab. 96. fig. 4?) maturior inſpiſſatur, colorem in rubrofuſcum, dein in obſcure fuſcum, rariſſime in cinnamomeum commutat. In hocce maturo ſtatu Peridium ſ. *cortex* externus, tenuiſſimus, totus evaneſcit; & *Capillitium*, laxum, ſeſe parum expandit, pulvere ſubtiliſſimo concolore

refertum. *Stylidium* fubuliforme atro-nitens in capillitium ad apicem usque penetrans. Plura hujus Fungilli individua bafi *membrana*, cui ftylidia adhærent, inter fe connexa, fibique approximata, fafciculum, $\frac{1}{2}$ -- $\frac{3}{4}$ unc. longum, efficiunt, tandem foris Byffo quadam ubique involuta pereunt.

Obf. Hancce fpeciem cum fequente concolorem, ob diverfum vero crefcendi morem *fafciculatam* denominare malui.

109. *Stemonitis typhina: fparfa minor, capillitio cylindrico obtufo fubincurvo: cortice per partes remanente.*

Stemonitis *typhina*, ftipite nigro, capitulo cylindrico fufco-rubente. *Willd.* Prod. fl. berol. n. 1187.

Stemonitis *fufca*, ftipite nigro bafi dilatato, capitulo fufco. *Gmel.* Syft. Nat. Linn. t. II. p. 1467.

Embolus pertufus *Batfch.* Elench. fung. Cont. I. p. 263. tab. XXX. fig. 176.

Trichia *typhoides*, ferrugineo-fubfufca, ftipitibus bafi dilatatis, pericarpiis axi longitudinali adnatis, primum cylindraceis. *Bull.* Champ. pl. 477. fig. 2.

Mucor ftemonitis *Schæff.* tom. III. tab. 217?

Obf. Cum antecedente loco, tempore, fubftantia diverfa in ætate diverfa formaque elongata convenit, at fequentibus ab ea difcrepat notis: 1) dimidio fere minor eft, 2) fparfim & non fafciculatim crefcit, 3) corticis partes hinc inde remanent, quo fungillus e longinquo fæpe cinereofufcus apparet, 4) capillitium compactius eft, medio fubincurvum apice obtufum, tandem 5) membranam fubjacentem equidem faltem diftinctam haud obfervavi.

ARCYRIA.

Peridium evanefcens; *Capillitium* denudatum ovatum *receptaculo* hemisphærico impofitum.

110. *Arcyria incarnata: congefta fordide carnea, capillitio deciduo.* Tab. V. Fig. 4. 5.

Var. α. ftipite breviffimo (fig. cit.)

β. major ftipite calyculo longiore.

Stemonitis carnea, in *Linn. Syft. Nat. ed. Gmel.* tom. 2. p. 1467.

Defc. Sibi denfe approximata in ramis dejectis inprimis quercinis, proveniunt hujus fpeciei individua, quorum magna pars capillitio orbata ut plurimum reperitur. Stipes in α. primo intuitu deeffe videtur, lente illuftratus obconicus, in β. multo longior teres. Receptaculum f. *calyculus* undulatus, medio brevem exferit *columellam*, cui adhæret *capillitium* primo compactum conicum, fed mox forma fluxili: filis feminiferis ad latus divergentibus & aeris injuriis facile totum dilabitur. *Color* fordide carneus f. rofeus parum in rufefcentem tendens.

111. *Arcyria flava: parca flava, capillitio longiffimo nutante.*

Trichia *nutans*, flavicans, pericarpiis elongatiffimis decumbentibus caliculatis, vix ftipitatis: reticulo laxo. *Bull. Champ.* pag. 122. planche 502. fig. 111.

His in regionibus rarior provenit, terna vice eam hactenus ad truncos primo autumno inveni.

Defc. Acervulum minorem ex individuis 8—12 aut pluribus conftantem efficit, in juventute ovata & de more generis alba mollis, matura læte fla-

va; *ſtipes* ſubrugoſus, longitudine mediocris, baſin verſus obſcuriore colore, *calyculus* nunc integer, nunc margine ſublacero. *Capillitium* laxum pro ratione longiſſimum, a gravitate arcuatum demum fere decumbit, facili quoque modo e receptaculo, cui parte infima compactiore nigreſcente adfixum, detrahi poteſt. Magnitudine maturula, capillitio excepto cum ceteris convenit ſpeciebus.

Obſ. Scientiam qualemcunque nihil magis aggravat, quam terminorum commutatio; hoc inprimis in mycologia tantis adhuc referta perturbationibus, quantum fieri poteſt, vitandum: hinc me fugit, quomodo a b. *Bulliard* capillitium pro ipſius pericarpio, in hoc & antecedente genere fugace, ſemper in omnibus *ejus* trichiæ ſpeciebus fuerit adhibitum.

Trichia.

Peridium rigidum ſubperſiſtens; capillitium ſubcompactum baſi adnatum elaſtice ſe expandens.

112. *Trichia fallax: primo rubra, dein ſubargillacea, peridio turbinato deorſim ſtipiteque plicato.* Tab. 3. Fig. 4 & 5.

Clathrus ſtipitatus reticulo deciduo. *Schmied. Icones pl. & analyſ. part.* Tab. XXXIII. Fig. 1 — 18.

Sphærocarpus ficoides, fuſco nigricans, pericarpiis turbinato-elongatis, in ſtipitem baſi turgidum definentibus. *Bull. Champ.* pl. 417. fig. 3.

Var. α. nitida, minor, ſtipite mediocri, baſi ſubpedato, peridio ex fuligineo luteſcente. Fig. cit.

β. obſcura, major opaca ſordide argillacea, ſtipite longiuſculo tenui deorſum attenuato.

Tempore autumnali *α.* ad truncos humidos *fagi*, *β.* in Hercynia in pinetis reperi.

Deſc. Prima ætate, qua etiam ſub nomine: *Mucor miniatus* in Jacquini Fl. auſtr. tab. 299. depicta videtur, colore læte rubro ſe exhibet, ſubſtantia tunc fluxili, & peridio gaudet rotundo, hoc in ſtatu exſiccata cornea quaſi fit, & vitri ad inſtar nitet; ſi vero fungillus dein matureſcendo ullo modo lædatur, tunc indureſcit & nigricat, ubi *Sphærocarpum ficoides* Bulliardi repræſentare videtur. *Peridium* maturum turbinatum evadit coloremque in varietatibus jamjam commemoratum acquirit, parte ſuperna ſubteneriore inæqualiter rupta & perdita, infundibuliforme fit, baſin verſus, ſed magis in ſtipitis ſuperficie plicæ flexuoſæ obſervantur. *Capillitium* colore obſcuriore ſubolivaceo, inæqualiter ſe expandit.

Varietas β. forte diſtincta ſpecies, multo enim major, ſtipes pro ratione tenuis, baſi attenuatus, vix pedatus, color opacus ſubrufeſcens, forma ceterum ſimilis, verum in eam jam maturam incidens incertus ſum, qualem antea habuerit colorem.

Obſ. Cum generi: *Arcyria* tales ſolum adſcribendos velim fungillos, quorum *capillitium* ad latera liberum nec peridio incluſum in formam ovatam aſſurgit, nec non receptaculo in cupulam apice dilatato, ſubtusque plicato, impoſitum eſt, hæ vero notæ in *Trichia fallace* merito deſiderantur, etiamſi

haud negandum, quod inter *Trichiæ* & *Arcyriæ* genus medium teneat locum; priori vero etiam quod characteres minus veros; habitum puta & ſubſtantiam in ſtatu juvenili tam lacteam, accedit. Ad affinitatem cum *Arcyriis*, quod attinet, in ſequentibus conſiſtit: peridium etiam margine non equidem, ſed baſin verſus plicatum, ejus pars ſuprema inprimis in α. multo tenuior (in icone hoc punctulis eſt expreſſum) & colore plerumque opaciore, hinc nonnunquam circumſciſſum ſiſtitur, quod etiam e figuris VIII. & IX. Schmiedelianis videre eſt, ſed nunquam *calyculum* capillitium forma determinata conſtructum excipientam exhibet.

113. *Trichia ovata: congeſta ſeſſilis obovata, colore opaco ex ochraceo alutacea.*

Trichia gregaria ſeſſilis, piriformis flava. *Hall. helv.* n. 2168. Tab. 48. Fig. 7.

Clathrus turbinatus. *Bolt. fung.* tab. 94. fig. 3.

Deſc. Primo materiem flavam pulpoſam repræſentat, matureſcendo; individua dein forma determinata diſtinguuntur: colore dilutiore e flavo alutacea (ſ. communi chirotecharum ſcortearum colore), plura ſibi denſe approximata, membranaque ſubjacente baſi conjuncta, ceſpitem nonnunquam triuncialem efficiunt. *Peridium* ipſum, ſtipite deſtitutum, turbinatum, $\frac{3}{4}$ lin. magnum, eo maturitate aut læſione rupto *capillitium* mox elaſtice proſilit & una cum pulvere ſimul diſpergendo, colore eſt obſcuriore flavo. Propter diverſam for-

mam inprimis a ſequente ſpecie, cui e longinquo ſimilis, differt.

114. *Trichia nitens: congeſta, ſeſſilis, ſubrotunda, nitente-flava.*

Var. α. *aurea*, colore obſcuriore aureo.

β. *helvola*, dilute cinnamomea.

Provenit α. paſſim in truncis fagineis, β. non infrequens ramos pineos incolit.

Lycoperdon *favogineum*, globulis denſe approximatis veſicularibus, ſemen bombacinum luteum recondentibus *Batſch. El. fung.* Cont. 1. fig. 173.

Stemonitis *favoginea* globoſa lutea, ſeminibus concoloribus. *Linn. Syſt. Nat. ed. Gmel.*

Deſc. Tum colore nitido, tum creſcendi more facile dignoſcitur, ad longitudinem 2 — 3 unc. inprimis β. effuſa eſt. Peridium pro diverſo loco forma diverſum, ad ceſpitis latera utplurimum globoſum imo parum obconicum, ſed non turbinatum, in medio ob mutuam appreſſionem ſubdifforme fit; *capillitio* pariter flavo e peridiis demum ad dimidium apertis, toto abacto, hæc cellulis ſimilia, quod etiam in autecedente & ſequente ſpecie contingit, remanent.

115. *Trichia olivacea: ſparſa, ſeſſilis, ſubrotunda, olivacea: capillitio compacto flaveſcente.*

Trichia *fuſco-atra*, acaulis turbinata, fuſco-nigricans, villo flaveſcente. *Sibth. Fl. oxon.* n. 1152?

Paſſim ad truncos provenit, nonnunquam latitudine inſigni. Singulus fungillus globoſo-hæmisphæricus ſ. baſi lata inſtructus, ubi vero plures ſe adtingunt, quod rarius evenit, oblongi ſubtere-

tes evadunt, colore ſordidi e flavo olivacei, membranæ concolore & craſſiore inſident. *Capillitium* denſum elaſticum cum pulvere flaveſcens.

Obſ. Trichia *fuſco-atra* Sibthorpii, forte eadem, dubie hic appoſita eſt, cum ill. vir eam turbinatam dicit, etiam *Bulliardi* icon ab eo allegata potius ſequentem indicare videtur ſpeciem.

116. *Trichia gymnoſperma: ſubrotunda, ſeſſilis, ſpadicea: pulvere nudo.* Tab. VI. Fig. 1 & 2.

Sphærocarpus *ſeſſilis*, orbicularis, extus fuſco nigricans, intus aureus, reticulo fibroſo, fugaci, vix perſpicuo. *Bull. champ.* pl. 417. fig. v. (varietas).

Lycoperdon *corticale* luteo-fuscescens glabrum; ſemine concolore, pulverulento. *Batſch. El. fung.* pag. 155.

Deſc. Forma utplurimum rotunda nonnunquam oblonga etiam angulata nec non colore in uno eodemque loco diſcrepat, colore primo ſubflava, opaca dein ſpadicea, ad olivaceum quidem vergit ſed non nigrescit, membranæ cruſtæformi increscens hactenus nondum inventa; aliquid vero huic ſpeciei ſolenne conſiſtit partim in peridio, partim in *farina* ſeminali, illud nimirum ſubſtantia licet æquale in fungillo maturo ad dimidium diſſilit: margine integro, hæc aut omni deſtituta capillitio, aut ſolum raris intertexta eſt filis.

Hancce ſpeciem a ceteris *Trichiis* valde differre hinc patet. Si peridii rationem habeas, tunc cum *Sphærocarpo carneo* Bull., qui etiam circumsciſſus evadit, in unum conjungenda eſſet genus, ab hacce

ſpecie e contrario capillitii abſentia recedit, eam ob cauſam adhuc expectandum, donec plures ſpecies detegantur, e quibus elucebit, ne genera nimis multiplificentur, quænam partes præcipue conſiderandæ veniant, quibus characteres generici ſtabiliri debeant.

Obſ. Licet b. *Bulliard* Sphærocarpo ſuo *ſeſſili* alium, etiam in pictura, adtribuat colorem, neque loci natalis absconditi, nec peridii circumsciſſi ullam faciat mentionem; tamen hæcce ejus ſpecies a noſtra non vere differre videtur, quod magis e deſcriptione ampliore ab eo prolata apparet.

SPHÆRIA.

Receptaculum varium aut nullum; *Sphærulæ* cavæ, humidæ *gelatina* (e thecis aut ſporis diſtinctis conſtante) refertæ.

117. *Sphæria quaternata: circinata congeſta, ſphærulis depreſſis utplurimum quaternis: oſtiolis breviſſimis obtuſis.*

Hab. in ramis aridis Aceris etc.

Deſc. Sub epidermide ramorum nidulatur eamque parum perforat, ſed oſtiola non diſtincta prominent, nec ad tactum aſpera. *Sphærulæ* ipſæ numero utplurimum quatuor, paſſim tres, rarius quinque materie cruſtoſa ex rufo fuſca ſunt tectæ, ſi ſimul cum epidermide ex earum loco attollantur, nque ſtatu arefacto, collapſæ ſunt. *Oſtiola* breviſſima, teretia, recta.

118. *Sphæria ſalicina: circinata, oſtiolis apice in diſcum rugoſum ſubperforatum concretis.*

Frequens provenit in ramis exſiccatis ſalicinis inprimis ad dameta & ſæpes adhibitis.

Deſc.

Desc. Cortex arboris exficcatus pro more rufefcit, quem (fub epidermide) ad latitudinem infignem incolunt hujus Speciei individua, ob oftiola erumpentia radulæ ad inftar fubafpera. *Sphærulæ* ipfæ 8—10 de more hujus familiæ in circulum digeftæ, corticis fubftantia, fed non *ftromate* diftincto inter fe connexæ; colore nigræ, forma globofæ. *Oftiola* inter fe materie lignofo-fungofa difciformi connexa; quinam *difcus* primo fordide nigrefcit, tempore vero progrediente, ex cinereo albicat, & fungillo adhuc inmaturo fimularis illæfus. dein aut poro uno alterove pertufus, aut, quod rarius accidit, oftiola ipfa ex ejus fuperficie fubglobofa prominent. *Gelatina* copiofa fub lente peculiarem *thecarum* formam exhibet, hæ nempe craffitudine æquales, ftrictæ, mox in particulas eadem inter fe magnitudine rumpuntur.

19. *Sphæria cupularis: cefpitofa nigra, fphærulis aftomis nigris collapfis, fubrugofis.*

Sphæria Cucurbitula *Tode Fungi Meclenburg. Fafc.* II. pag. 39. Var. *β. nigrefcens?*

Paffim prov. in ramis fagineis; frequentius in ramis Tiliæ a DD. *Schrader* reperta.

Obfervatori minus circumfpecto ut *Peziza* quædam cefpitofa apparebit, cum Sphærulæ ipfæ fubftantia funt tenues, hinc exficcatæ collabuntur, cupulamque præ fe ferunt, humectatæ vero iterum rotundæ evadunt; *fuperficies* fubtiliter rugofa. *Oftiola* abfunt. *Stroma*, cui impofitæ fphærulæ, inter fe liberæ, tenue, pariterque nigrum eft.

120. *Sphæria lata: monosticha, late effusa, rugosa, e nigro subcinerascens, sphærulis intus albidis: ostiolis conicis subasperis.*

Habitat non infrequens ad truncos et ramos exsiccatos per totum annum.

Desc. Ad longitudinem quatuor unciarum, imo ad sphithamam intra corticis substantiam aut in ligni exsiccati superficie nidulatur, colore opaca, superficie subundulata. *Sphærulæ* in fungi medio inter se confluunt, aut inter se connatæ crustam sistunt, basi vero & ad latera, ubi solitariæ nonnullæ observantur, liberæ sunt; si dissecantur, tunc utplurimum materie alba, gelatina exsiccata s. *Sacculo byssino* Tod. ex toto repletæ inveniuntur.

Obs. Tum ob locum, colorem nec non superficiem, quam ob ostiola longiora rugosa, nec perforata a Sph. *Xylostii* (N. Bot. Mag. B. I. p. 84.) discrepat; Sphæriæ *papillatæ* Hoffm. Veg. crypt. fasc. I. tab. IV. e contrario affinis videtur.

121. *Sphæria ferruginea: transversim erumpens, nigra, intus sphærulis pulvere ferrugineo cinctis: ostiolis spinulosis strictis.* Tab. V. Fig. 1—2.

Rariorem & hactenus nullibi, quam in *Coryli avellanæ* truncis exsiccatis eam inveni.

Desc. E cortice erumpit forma oblonga transversa, superficie plana aut convexa, 2—3 lin. lata, extus nigra, intus vero *stroma* in pulverum ferrugineum solutum, uti hoc in Sph. *flavovirescenti* Hoffm. obtinet, quo *sphærulæ* sunt obtectæ, hæ ovatæ, sibi apice approximatæ, externe cortice tenuiore circumdatæ, diu exsiccatæ intus albidæ

vegeto in ſtatu gelatina ſub microſcopio *thecas* flexuoſo-arcuatas ſiſtente repletæ. *Oſtiola* recta, ſubtenuia, elongata, nunc lævia, nunc transverſim ſubrugoſa nitenti-nigra, fragilia.

122. *Sphæria anethi: elongata ſublinearis rugoſa opaca, ſphærulis cohærentibus papillatis ſubnudis.*

Sphæria microſcopica. *Ehrh. Pl. exſiccat.*

Provenit haud infrequens ad caules *Anethi graveolentis* aridos autumno. In formam ad 3 — 4 lin. elongatam, longitudine vero inæqualem creſcit, lin. 1 — 2 lata eſt. Superficies ob ſphærulas prominentes inæqualis. *Color* pro diverſa ætate diverſus, primo ſubcinereus, dein nigreſcit, ſemper opacus. *Subſtantia* parum mollis.

Obſ. Quia magna Sphæriarum pars, & fere omnes ſimplices ad eas determinandas, nec non a ſe invicem diſtinguendas, lenti ſunt ſubjiciendæ; hæcce vero ſpecies equidem ad minimas referenda, nomen ejus in aptius & loco natali correſpondens mutandum malui.

123. *Sphæria caneſcens, conferta ſimplex, ſphærulis ovatis, hirſutis, incanis.*

Hab. ad ramos exſiccatos inprimis quercinos, nonnunquam denſo agmine; *ſphærulæ* ſibi ut plurimum denſe aggregatæ, magnitudine communi; in juventute inprimis valde hirſutæ colore ex cinereo vireſcente, *oſtiolo* papillato inſtructæ, nonnunquam tomento ſubcruſtæformi inter ſe connexæ, ſubſtantia fragiles, hinc ſæpe cellularum ad inſtar in ſtatu decrepito remanent, quo ovula inſectorum jamjam excluſa æmulantur, ſed *gelatina*

inclusa sub lente thecas elongatas sistens, verum inter vegetabilia huic speciei locum indicat.

124. *Sphæria citrina: terrestris late effusa lævis citrina: ostiolis minutis fuscescentibus.*

Raram hancce speciem in sylvis sollingensibus ad terram, in viis utplurimum, observavi.

Desc. Dimidiam ad tertiam spithamæ partem lata, lineam unam crassa, substantia carnoso-suberosa, colore pallide citrina opaca. *Sphærulæ* ipsæ ovatæ substantiæ inmersæ, hinc superficies applanata est; neque ostiola distincta prominent, sed se ut puncta minuta, lente aucta vero papillata, exhibent, colore sunt obscuriora, ad dilute fuscum tendunt. *Thecæ* (sub microscopio) valde angustæ, teretes, cum iisdem e familia Xylariæ propemodum conveniunt, ob teneritatem raro integræ, sed ruptæ observantur, hinc utplurimum seminula minutissima rotunda libera circumnatantia invenies.

Obs. In operibus suis tam multiformis Natura etiam fungos quoad genus valde diversos nonnunquam pro diversis circumstantiis, respectu habitus externi eadem fere induit forma; e longinquo enim hæcce species *Poriam* quamdam mentitur, sphærulæ, uti tubi, eodem situ receptaculo applanato sunt impositæ & ostiola poros æmulantur; nostrum tamen fungum veram *Sphæriam* esse e descriptione patet; ille etiam ob substantiam fungosam, crescendi modum, & gelatinam fluxilem omnem cum *Endocarpis* respuit conjunctionem.

125. *Sphæria Laburni: cespitosa nigra, sphærulis congestis globoso-papillatis.*

Sphæria Laburni *Heyder* Pl. exſiccatæ.

Provenit in trunco & ramis frigore emortuis haud infrequens.

β. appendiculata, minor, receptaculo appendiculato perciſſo ad latera albo-punctato.

Paſſim in ramis exſiccatis Ribis *rubri* aut *groſſulariæ.*

Deſc. Inter majores ipſius diviſionis inprimis *var. α.* pertinet. *Ceſpitulus* 3 — 4 lin. latus, ſubinæqualis, epidermidis ruptæ partibus cinctus, nonnunquam cum vicinis confluit. *Stroma* ſubiculiforme in *α* craſſiuſculum rotundatum; in *β* ſæpe appendice coriaceo ſub cortice parum repit, intus *ſphærulas* ſpurias, deciſſas albicantes, fovens. *Sphærulæ* opacæ ſubgloboſæ læves, *oſtiolis* ſubconicis gaudentes.

26. *Sphæria rubiginoſa: effuſa elongata, rubiginoſa, ſubrugoſa, intus nigreſcens.*

Hab. ad ligna dura exſiccata, utplurimum ſuper ea ad 2 — 3 unc. & ultro effuſa, ½ lata: latere inæquali. *Superficies* applanata, in juniore fungillo lævis, in adulto ob ſphærulas ſubprominulas rugoſa, materie cruſtoſa, primo intuitu pulverulenta, non detergenda, rubiginoſa, radendo crocea, vetuſtate ſubfuſca, obtecta. *Sphærulæ* ſubrotundæ nigricant, ex oſtiolis papillatis nonnunquam villum vireſcen- propellunt.

Obſ. Hæcce ſpecies ſecundum omnes hactenus inſtitutas obſervationes ſe ſemper forma indeterminata exhibens, pro *varietate* effuſa Sph. *fragiformis* aut *argillaceæ*, olim a me habita, non ſumenda, nunquam enim cum hisce ſpeciebus ſimul eodem in trunco creſcentem eam reperi.

127. *Sphæria fimbriata: epiphylla subcircinata: ostiolis spinulosis clavatis, basi fimbria albicante cinctis.*

Var. α. *Carpini*, sphærulis dense approximatis, cespitulo irregulari.

Sph. spiculosa *Batsch. Elench. fung.* p. 273. Fig. 182.

Sph. carpini. *Hoffmann veg. cryptog.* Fasc. I. Tab. 1. Fig. 1. *Humb. Fl. Frib. spec.* p. 122.

β. *Coryli*, cespitulo orbiculari, sphærulis nonnullis distantibus.

Sph. coryli. *Batsch. Elench. fung.* Cont. 2. Tab. 42. Fig. 231.

Obs. Descriptionibus & observationibus, in libris allegatis extantibus, addere licet: quod juniores fungilli æstate jam provenientes in foliis Carpini adhuc viridibus, sese ut maculam nigram lævem exhibent & gelatina, lente illustrata, e thecis elongatis consistit. — Hæcce species inter familiam circinatam & monostichan medium explere videtur locum, α vero magis ad priorem propendet. Ambæ varietates, salvo aliorum judicio, speciebus haud distingui mihi videntur, cum veris characteribus: ostiolo nimirum spinuloso, clavato, basi epidermide in lacinias albicantes fissa fimbriæ adinstar cincto, & sphrærulæ, forte diversum ob locum, quidem situ diversæ, tamen in cespitulum collectæ.

128. *Sphæria incrustans: simplex crustosa nigra, sphærulis subrugosis papillatis.*

Hab. ad corticem trunci exsiccati *Populi tremulæ*, quem materie nigra crustæformi latitudine 2 - 3 unciarum superfundit. *Sphærulæ* sparsæ utplurimum comme-

morato fubiculo ad dimidium inmerfæ, fed & liberæ ad latus nonnullæ inveniuntur, fuperficie non rimofæ, folum fubrugofæ & oftiolis papillæformibus fubconicis inftructæ, hanc ob caufam, & propter pfeudocruftæ præfentiam a *Sphæria Pulvis* diverfa eft hæcce fpecies.

128. *Sphæria albicans: fubinmerfa fimplex, fphærulis globofis, nonnullis confluentibus: fubiculo albicante.*

Provenit in interiore parte *Salicum* cavarum, ubi ad dimidium ligno inmerfa fitu elongato crefcens; *Sphærulæ* majufculæ oftiolo conico inftructæ, læviffimæ, nonnullæ folitariæ, plures confertæ, paucæ confluenti-connatæ, ipfæ bafi, uti in earum ambitu lignum, ad latitudinem 2 lin. materie albida, fub lente fubtomentofa, cinctæ funt, qua hæcce fpecies in certa diftantia jam oculos allicit.

HELVELLA.

Pileus fragilis, lævis, utrinque reflexus, fubdifformis.

130. *Helvella albida: ex albido pallefcens, pileo libero fubinflato, ftipite elongato lævi, fubattenuato.*

Helvella *elaftica* var. 1. *alba. Bull Champ.* p. 299. pl. 242. Fig. a — g. (ftipes modo undulatus, & fere totus cylindricus pictus.)

Helvella Mitra' *Bolt. Fungufſ.* tab. 95.

Hab. in faginetis ad terram autumno nunc folitaria, nunc gregaria.

Defc. Stipes 3 unc. longus, 2 lin. craffus, deorfum incraffatus & fubcompreffus, non fulcatus, fed totus lævis, aut hinc inde lacunis impreffus, intus folidus, bafi villo albido terræ partim adhærens,

Pileus ſtipite ad latera non adnatus, nunc utrinque compreſſus apice emarginatus, nunc ſub orbiculare inflatus & propemodum pezizæſormis (cui generi Helvellæ valde affines) ſit, quod vero rarius accidit. *Color* primo ſordide albus mox palleſcit, & in exemplaribus domi nonnullo tempore aſſervatis e fuligineo ſubrufeſcit.

131. *Helvella nigricans: e fuligineo nigricans, pileo libero, ſtipite lævi ſubfurfuraceo, baſi dilutiore.*

Elvela fuliginoſa. *Schæff. fung. bav.* tab. 320? (quoad colorem & ſtipitis formam.)

Helvella *atra* pileo deflexo, bilobato, libero ſubtus nudo; ſtipite ſolido *Afzelius* in *N. Schwed. Acad. Abhandl.* Tom. IV. p. 298. (ſed loco ac magnitudine differt & præcipue ſtipes ſuperficie ſtriatus dicitur.)

Fungoides fungiforme pullum criſpum & varie complicatum, pediculo tenuiore, non fiſtuloſo *Micheli Nov. Gen. pl.* p. 204. tab. 86. fig. 9. (pileus modo nimis criſpus & deſcriptus & depictus.)

Hab. in faginetis ad terram paſſim autumno.

Deſc. Stipes 2 unc. longus ſubcylindricus 1 — 2 lin. craſſus, lævis, raro lacunis oblongis obſitus, ſquamulis furfuraceis quaſi ſubtomentoſus, baſi ex cinereo olivaceus, ceterum pileo concolor. *Pileus* $\frac{1}{2}$ -- $\frac{3}{4}$ unc. latus utrinque compreſſus & medio emarginatus, alia inſtructum forma eum nondum obſervavi, colore opacus niger, ſubtus & exſiccatus cineraſcit.

Obſ. Hæc & antecedens ſpecies diviſionem generis peculiarem ob pileum liberum, qui in ceteris Hel-

vellis ſtipiti utrinque adnatus eſt, efficit. Cel. *Afzelius* (loc. cit.) pilei formam reſpicit, nimirum * *Pileo deflexo* ** *Pileo plano* & *** *Pileo verticali.* Verum ad diviſionem ultimam attinentem ſpeciem ſ. *Helvellam ſpathulatam* jam alio loco ut diſtinctum propoſui genus, & ad tribum ſecundam nonnullæ Pezizæ referuntur, hac de re vero termini inter Helvellæ & Pezizæ genus aboliuntur. Etiam ſpecies in eas, quæ ſtipitem habent lævem, & quibus hic ſulcatus eſt, ubi tamen pileus in utraque diviſione liber aut adnatus eſſe poteſt, dividi poſſunt, cum vero earum puræ & veræ (b. Schæffer varietatibus illas nimis auxiſſe videtur) huc usque magno numero haud ſuperbiunt, & facilius ut diſtinguantur, diverſis vix egent diſtributionibus.

132. *Hydnum ochraceum: effuſo-reflexum, ſubimbricatum; pileo ſubalutaceo tenui faſciato ſubnudo, ſubulis ochraceo-carneis.*

Hydnum ochraceum in *Gmel. Syſt. Nat. Linn.* Tom. II. pag. 1440.

Hab. paſſim in truncis *Pini ſylveſtris.*

Deſc. Junior fungus fere totus reſupinatus, dein vero apice ad latitudinem dimidiæ unciæ & ultra reflectitur, quo *pileus* diſtinctus apparet, hic ſubſtantia coriaceus ſiccus, faſciis minutis parallelibus ſemicircularibus eleganter ornatus, margine ſubrepandus, ſuperficie fere glaber, ſed ſubrugoſus, colore ex ochraceo alutaceus. *Subulæ* congeſtæ, ſubtiles, acutæ, integræ ex ochraceo ſubcarneæ nitidæ.

133. *Hydnum concrescens: gregarium confluens; pileo suberoso depresso fasciato, obscure rufo; subulis tenuibus fusco-nitidis, stipite brevi subtuberoso difformi.*

Hydni spongiosi varietas α spongiosa. *Batsch. Elench. fung.* Cont. 2. p. 99. fig. 221. a. b. (An Hydnum zonatum. *Ejusdem* Fig. 224. revera specie diversum?)

Hydnum *cyathiforme*, exiguum, coriaceum, ferrugineum, stipite brevissimo; pileo primum suborbiculari, omnino echinato, demum infundibuliformi. *Bull. Champ.* p. 308. pl. 156.

Hab. in sylvis frondosis, in quercetis, passim in pinetis, ubi plura individua inter se & cum ramulis dejectis etc. concrescunt.

Desc. Pileus substantia duriuscula, sed pro ratione tenuis, in juventute magis depressus & infundibuliformis, demum expansus, utplurimum 2—3 unc. latus, superficie glaber, striis vero & sulcis rugosus, colore rufus, disco obscurior, margine inprimis inferiore dilutior nonnunquam subundulatus & crenatus. *Subulæ* densæ, molliusculæ, minutæ, fuscæ e latere conspectæ griseæ subnitidæ. *Stipes* $\frac{3}{4}$ — 1 unc. longus, lævis, basi subtuberosus, cum alienis concretionis ergo sæpe difformis; ceterum pileo concolor & sub lente subtomentosus est.

134. *Hydnum cervinum: stipitatum, pileo carnoso umbilicato squamoso umbrino: squamis crassis suberectis obscurioribus.*

Hydnum imbricatum *Schæff. Fung. bavar.* p. 94. tab. 140.

Erinaceus esculentus, pileo ſuperne veluti ſquamoſo & ſuliginoſo, inferne cinereo, pediculo cum ſuperna pilei parte ejusdem coloris. *Micheli gen. pl.* p. 133.

Fungus erinaceus major atro-cinereus, ad petali fere amplitudinem accedens, prona parte ſquamatus. *Hoffm. Fl. Altd.*

Erinaceus maximus, umbraculo ampliſſimo, obscuro & nigricante. *Rupp. Fl. Jen. ed. Hall.* p. 363.

In pinetis inprimis hercynicis non infrequens provenit, nonnullis in regionibus esculentus a *Cervis* vero una cum Ag. *cantharello* Linn., inprimis circa coitus adpetitionis tempus avide queritur & devoratur.

Deſc. Pileus plus minusve latitudine ſpithamæa, disco depreſſus & nonnunquam ultra ſtipitis medium excavatus margine reflexus, colore e fuligineo ſubnigricans & durante tempeſtate ſerena calida pluvias excipiente, expalleſcit & ſubalbidus fit, ubi tunc e longinquo pro diverſa ſpecie haberi poteſt, ſubſtantia carnoſus quidem, ſed compactus. *Squamæ* ſparſæ pro ratione craſſæ, in medio pilei ob ſuperficiem obliquam ſubereƈtæ. *Subulæ* denſæ ſtrigoſæ e fuligineo quaſi argenteo-nitidæ. *Stipes* $1\frac{1}{2}$ — 2 unc. longus, ſæpe incurvatus, nonnunquam ſubtuberoſus. *Subſtantia* albida, ſapore ſubamaricans.

Hydnum *ſubſquamoſum*. (El. fung. fig. 43.) & Hydnum *ſquamoſum* Bull. (Champ. pl. 409.) parum differre videntur.

Obſ. Plurimi imprimis recentiores Floriſtæ hanc ſpeciem pro *Hydno imbricato* Linn. perperam ſumſerunt deſcripſeruntque, cuinam circumſtantiæ ipſe ſummus Vir in *Flora Suecica* propter allegata nonnulla ex veterioribus ſcriptis ſynonyma. *Hydnum cervinum* indicantia, anſam præbuit. Ejus vero Hydnum imbricatum (an forte eadem ſpecies, quam plurimi auctores *Hydnum repandum* nuncupant?) longe diverſum fungum eſſe apparet, tum ex aliis citatis, ex. gr. *Mich. nov. gen. pl.* tab. 72. fig. 2., *Baub. hiſt. pl.* 828., *Raji ſyn.* p. 11., tum e deſcriptione, licet brevi, in *Flora Suecica* ed. 2. p. 454. communicata, quamque perſpicuitatis ergo hic adponere licet. *Pileus incarnato-exalbidus, convexus inæqualis. Aculei albidi. Stipes lævis, concolor.*

PILOBOLUS.

Veſicula hæmisphærica nuda, *receptaculo* ſtipitiformi hydrophoro impoſita, elaſtice deſiliens.

135. *Pilobolus cryſtallinus.* Tab. IV. Fig. 9. 10 & 11.

Pilobolus *cryſtallinus*, fugax, cryſtallinus, aggregatus; ſtipite pellucido, rorido luteſcente, pileo depreſſo, glutinoſo, atro. *Tode Fung. Mecklenburg.* Faſc. 2. p. 41. & in den Schriften der Geſellſchaft naturf. Fr. in Berlin. Tom. V. pag. 46. tab. 1. *Flora danica.* Tab. MLXXX.

Mucor *unceolatus*, ſparſus lævis, ſtipitibus ſimplicibus: pericarpiis veſiculoſis in capitulum carnoſum deſinentibus. *Bull. Champ.* pag. 111. pl. 480. fig. 1.

O. F, Müllers kleine Schriften aus der Naturhiſtorie herausgegeben von J. A. L. Gœze: *Von einem Kriſtallſchwämmchen.* p. 122. Tab. 7.

Deſc. Hicce fungillus, quamvis inter minores & ob locum natalem vili pretio ducendus videtur, tamen, quoad ſtructuræ œconomiam inter memoratu dignos jure meritoque numerandus. Secundum diverſas vitæ periodos diverſus indutus formis & coloribus: juniores omnes flavæ & Sphæriæ cuidam ſimiles, primo nempe ſubrotundæ, aut utplurimum rotundo-acuminatæ: apice nunc recto, nunc obliquo, nec nou longitudine diverſo; dein ſimilaris, teres, clavariæ ſimilis attenuatus fit, matureſcens ſubturgidus humoreque, qui dein ſæpe guttatim evaporat, impleri incipit & albidus evadit; *veſicula* nunc forma hæmisphærica coloreque inſtructa nigreſcente-ſubolivaceo; ſubſtantia ſolida carnoſa; modus, quo hæcce fungi pars deſilit, meo ſaltem judicio forte talis eſt: receptaculum, quamvis demum ventricoſum, apice tamen in mucronem attenuatum, qui ſe foveolæ cuidam veſiculæ in ſuperficie inferiore accommodat, humore nunc receptaculo incluſo radiis ſolaribus aut aliam ob cauſam expanſo, receptaculum & ipſum apice hinc dilatatum veſiculam elaſtice protrudat neceſſe eſt. Fungilli tandem effœti, toti decumbunt, & Byſſo cuidam ſimiles apparent.

Obſ. Anguillulas aut vermiculos humori innatantes b. *Müllerus* (l. c.) obſervare contendit! animalcula hæcce revera adſunt, ſed in fimo ipſo vitam degunt & ſæpe in fungillo vicino ſuperficie *ex-*

terna ſerpunt, verum ejus receptaculo incluſa non reperiuntur.

136. *Tremella* *abietina*: *gregaria*, *ſubrotunda aurantio diſco ſubplicata.*

Hab. frequens ad ligna abietina, exſiccata aut fabrefacta, ubi colore obſcure vitellino jam e longinquo ſeſe manifeſtat; juniores ſubgloboſæ, dein ſecum ſubconfluunt planiuſculæ evadunt, lin. 1—2 latæ, putreſcendo dein ſubdiffluit.

Obſ. De variis fungorum generibus huic ſpeciei aliquid ineſt: primo intuitu eam pro *Tubercularia* ſumeres, de qua vero differt, quod aqua non ſolvitur, & contrita corpuſcula elongata thecæformia, ſimilaria oſtendit; ob diſcum porro convexum inmarginatum cum *Pezizis* non conjungi poteſt, & propter ſtipitis defectum ſubſtantiamque molliorem ab *Acroſpermis* recedit; cum *Tremella* maximam alit convenientiam, quamvis forma induta regulari & inmatura omnino lævis, ab hocce genere differre videtur.

TUBERCULARIA.

Subrotunda, lævis compacta, humecta, fluxilis.

137. *Tubercularia* *roſea*: *ſparſa libera ſubdifformis colore roſeo.*

Lichen *roſeus*, pulverulentus conglomeratus roſeus. *Schreb. Flor. Lipſ.* n. 1150.

Lepra *roſea*, pulvis e glebis maxime ſparſis, conſtans. *Willd. Flora Berol. prodr.* n. 1072.

Lepra carnea. *Ehrh. Pl. cryptog.* Dec. 31. n. 308. (ſolummodo glebulas a pluviis in pulverem redactas, quoad meum ſaltem exemplar, ſiſtere videtur.)

Hab. non infrequens ad caudices Tiliarum & Quercuum; nunc, quod rarius, e cortice erumpens, ut plurimum vero *Licheni* ſtellari, tenello, ciliari, parietino etc. adhæret. Magnitudine & forma inæqualis, ſubangulata, rugoſa, ſubfriabilis, in aqua tota ſolubilis — Hacce proprietate, & quod glebulæ inter ſe non cohærent cruſtamque efficiunt, hancce ſpeciem a *Lepris* ſejungendam putari.

138. *Tubercularia diſcoidea: erumpens conferta lævis rubra: receptaculo diſcoideo.*

Hab. paſſim in ramis dejectis acerinis etc.

Deſc. Fungilli e cortice erumpentes inter ſe partim 3 — 4 individua ſibi confluunt, Tubercularia *vulgari* Tode dimidio minor. *Capitulum* ubique læve nec ſulcatum, facili modo & foris jam a multis pluviis ſolvitur. Quod vero huic ſpeciei proprium deſignat locum, hoc eſt: *receptaculum* apice dilatatur convexum quidem, ſed margine ſubprominente inſtructum, hinc diſciforme fit, capitulum excipiens.

Obſ. Pars fungi, aqua ſoluta, ſub microſcopio nullas diſtinctas exhibet formas, ſed materiei grumoſæ ſimilis apparet, hac in re & Tubercularia *vulgaris*, ſeu Tremella *coccinea* Linn., convenit, exceptis lenti ſumme augenti ſubjecta, fibrillis nonnullis intermixtis obſervandis. Affinitatem quandam inter hoc & ſequens genus, etiamſi hoc primo intuitu inſolitum videtur, hinc extare, quisque concedet, forma ſubſtantiaque duriore a ſe invicem valde deflectunt ſed colore plus minusve rubello & præcipue in aqua ſolubilitate conveniunt.

Næmaspora.

Receptaculum molle diſtinctum aut obliteratum, *gelatinam* (ſolutam, farinaceam) in *cirros* protrudens.

* *Receptaculum manifeſtum.*

139. *Næmaſpora chryſoſperma: ſubconica, truncata, cirris aureis.* Tab. V. Fig. 8.

Hypoxylon *cirratum*, var. *β. Bull. Champ.* pag. 172. Tab. 487. Fig. t.

Sphæria *chryſoſperma*, in *Römers N. Bot. Magazin* T. I. pag. 82.

Provenit paſſim in ramis exſiccatis *Populi nigræ*, ubi ſe ut puſtulas nigras exhibet, baſi rotundata cortici immerſa, apice applanato nudo, poro uno alterove pertuſo; *ſubſtantia* mollis, perſciſſa nullas equidem capſulas diſtinctas *ſphærulis* ſimiles monſtrat, niſi cavitates in circulum ſubdigeſtas maſſa gelatinoſa refertas pro talibus habere velis; tempore pluvioſo aut fungillo humectato *) latex, qui hac in ſpecie flavus, in cirros flexuoſos tenues prominet; aqua ſolutus & ſub microſcopio compoſito inquiratur, tunc non uti in Sphæriis veris hoc accidit, thecas

*) Optima ſcrutandi methodus, diverſa quadam ratione nec non forma gelatina in hoc & Sphæriæ genere exprimatur, ſequens eſt: aut foris durantibus pluviis diverſæ ſpecies in locis ipſis natalibus examinandæ eſſent; aut ſi hoc plurimis haud arrideret, tunc ſolummodo domi ramus, ubi proveniunt hi fungilli, ad dimidium vitro aqua repleto inmergitur; humore nunc ſenſim ſenſimque in ramo adſcendente ſphærulasque humectante, gelatina hinc expanſa ex oſtiolis diverſo pro ſpeciei natura modo exprimetur.

thecas manifestas aut saltem sporas forma distincta gaudentes exhibet; verum uti ad antecedens genus jam adnotatum, materiem farinaceam amorpham adæquat. — Hanc ob causam & ob singularem distinctamque gelatinæ protrusionem a *Sphæriis*, genere jamjam justo majore, hanc & sequentes species removendas duxi.

Obs. Alia hujus generis species in ramo quoque populino observari sese mihi obtulit, ubi *cirri*, colore aureo etiam induti, densiores fuerunt, nec non longiores, sed loco receptaculi distincti conici mollis, sub cortice tuberculum difforme solidum fibris forte matricis, intertextum $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. fere crassum vidi, hinc anceps hæreo, an peculiaris sit species, an pro varietate luxuriosa, a nimia humiditate mutata, solum sit habenda?

Sphæria *cirrata* Hoffm. (*Veg. cryptog.* tab. VI. fig. 1. ubi vero cirri ipsi minus recte pro ostiolis sphærularum sumti sunt) huc pertinet; forma vero orbiculari & gelatina alba, quam ob rem eam potius nomine: *Næmaspora leucosperma*, (orbicularis, subdepressa: cirris albidis) insignire posses, ut distinctam sese sistit speciem.

** *Receptaculum obsoletum, latex sub epidermide effusus.*

140. *Næmaspora crocea: nuda, cirris confertis inæqualibus fruticulosis flavo-croceis.*

Elvela *galbanum*, gregaria sessilis lutea. *Wigg. Prim. Flor. Holf.* p. 105.

Tremella *coralloides* rubra fruticulosa ~~ramis~~ brachiatis obtusis. *Schrank. Flor. Bavar.* tom. 2. p. 562. *Gmel. Syst. Nat. Linn.* Tom. 2. p. 1448.

Agaricum crustaceum flavum resinæ simile. *Hall. Stirp. Helv.* n. 2251.

Tremella *coccinea*, cespitosa coccinea, frondibus erectis cylindricis obtusis. *Scop. Flor. carn.* Tom. 2. p. 402. etiam hujus loci est.

Frequens observatur tempore inprimis hyemali ad truncos fagineos igni destinatos.

Desc. Sub ramorum epidermide primo sese ut maculam orbicularem, aut difformem exhibet, demum epidermide rupta, *latex* vario modo *torundæ* in formam exprimitur; *cirri* substriati, nunc justo crassiores *Clavariæ* similes, nunc tenuiores crispi crociformes, quo maxima & peculiaris, sui generis evadit hæcce species; quod vero omni adhuc indiget attentione, unum alterumve cirrum, perraro quidem, *polline* albido pruinæ ad instar obtectum vidi. Aqua soluta nullas distinctas thecas, nec sporas sub lente monstrat.

Obs. De hacce specie plures & diversæ in medium prolatæ sunt sententiæ: sunt, qui eam *Clavariis* adscribunt, alii inter *Tremellas* numerant, plurimum vero ob similitudinem pro *materie gummosa* in communi vita illam venditant. Hasce opiniones erroneas vero facili modo refutandas esse, e sequenti patebit:

1) Vera Clavariæ aut Tremellæ species, nisi *diu maturescendo* aqua superfusa solvi potest.

2) In aqua quidem, uti gummi, ſolubilis eſt noſtra ſpecies, ſed hujus ad inſtar eo in ſtatu alia corpora ſecum nequaquam adglutinat; ad qualitatem reſinoſam quod attinet, omnem veræ reſinæ naturam reſpuit, cum pro ejusdem more in ſpiritu vini ſeſe ſolvi non ſinit. Et revera non cogitandum venit, quod *Fagus* aliaque in ſylvis arbor (Ceraſo excepta) adhuc viva nullam peculiarem ſecernens materiem gummoſam, hanc exſiccata produceret.

Hysterium.

Perithecium (ſparſum) elongatum, rima longitudinali dehiſcens.

141. *Hyſterium quercinum: erumpens, ſubventricoſum, molle, nigreſcente-cinereum.*

Hyſterium *nigrum*, fuſiforme, coriaceum, obrelatum, aggregatum. *Tode Fungi Mecklenburg.* Faſc. 2. p. 5. Tab. VIII. Fig. 64.

Variolaria *corrugata*, unilocularis, inflata, flexuoſa, ſubfuſca, brevi evanida. *Bull. Champ*, p. 1117. pl. 432. Fig. 4. — Lycoperdon vulvatum. *Latourette chloris Lugdun.*

Hab. frequens ad ramulos inprimis juniores arefactos quercinos, ubi e longinquo puſtulæforme apparet, in ſtatu nondum valde maturo ob diverſum ſitum & formam ſeſe amœnum exhibet; ac cortice adhuc tectum uno alterove fine epidermide pertuſa erumpens, vermem quendam ſub cortice viventem & fodientem mentitur; 1—2 lin. longum ſubventricoſum, ſubſtantia molle,

carnosum, margine obvelatum, disco inprimis cinerescens, hujus pars microscopio composito subjecta *thecas* clavatas *Sphæriis* solennes sistit. Fungus effœtus nigrescit, crispus & exsuccus evadit.

142. *Hysterium rubi: denudatum, læve, nitente-nigrum.*

Hab. passim in ramis Rubi cæsii etc. colore aterrimo facile se manifestans, forma subdepressa, elliptica: labiis acutis; superficie læve, nec striatum, substantia rigidum hinc exsiccatum ad dimidium superne plerumque dissilit.

143. *Boletus fragilis: gregarius albidus, pileo glabro carnoso tuberoso fragili, poris minutis demum ex albido citrinis, stipite breviusculo inæquali.*

Boletus *ovinus*, caulescens, solitarius cespitosus carnosus; pileo convexo, villoso, pallido seu cervino albido, demum planiusculo rimoso, tubulis brevissimis, hexagonis, flavo-albidis, petiolo terete, crasso albido; basi sæpius tuberoso. *Schæff. Fung. Bavar.* Tom. 4. p. 83. Tab. CXXI & CXXII. (Icon haud recedit, sed uti e descriptione adjecta apparet, pileus villosus est, quod hactenus non observavi, & de poris affirmatur, eos esse hexagonos, qui meis in speciminibus semper rotundi aut inæqualiter laceri sunt.)

Var. β. difformis, pileo flexuoso stipiteque subventricoso difformi. — An Bol. deformis *Schæff. Fung. Bavar.* Tab. 264?

Provenit in sylvis abietinis ad terram in Hercynia inprimis frequens mense August. & Septemb.

Desc. Stipes centralis unc. 1. & ultra longus, crassitudine varius, ut plurimum ½ unc. latus, nunc

basi attenuatus, nunc subtuberosus, sæpe incurvus. *Tubi* lin. 1 longi cum pileo connati, *pori* plerumque teretes, versus stipitem, ubi parum decurrunt, oblongo-flexuosi, imo & laceri observantur, primo albi, mox subcitrini evadunt. *Pileus* 3 unc. latus convexus, glaberrimus, margine sæpe flexuosus; *substantia* compacta, carnosa, subsuberosa, ½ unc. crassa, rigida. *Color* primo albus in exsiccatis speciminibus sordide fuligineus fit. — Nonnunquam individua sibi connata valde flexuosa, alia subdimidiata stipiteque insolito crassiore instructa formam difformem sistunt.

144. *Boletus varius: subsolitarius, pileo tenace subdimidiato ochraceo, poris minutis pallidis, stipite sublaterali elongato ad dimidium deorsim nigro.*

Boletus *lateralis*, petiolatus lateralis, pileo coriaceo pallide luteo, margine acuto, poris tenuissimis. *Bolt. Fungus.* p. 83. tab. 83.

Boletus *lateralis*, stipitatus perennis, pileo coriaceo lutescente, margine acuto, poris minutissimis, stipite excentrico basi nigro. *Sibth. Fl. Oxon.* p. 377.

Boletus numularius *var.* β. lateralis. *Schrad. Spicil. Fl. Germ.* p. 153.

Hab. passim ad truncos ut plurimum fagineos, nunc solitarie, nunc gregarie, sed equidem non imbricatim crescit, 1½—3 unc. latus, 4 lin. in medio crassus; substantia recenti in statu submollis, tamen tenax, demum arefacti durissima; colore primo dilute ochraceus subnitidus, demum obscurior margine subrufescens.

Obſ. Quoad formam *pileus* mire variat, nunc, ſed rariſſime, ſuborbicularis integer, ut plurimum vero dimidiatus; modo ovatus, plerumque vero ſemicircularis eſt, nonnunquam convexus, ſed maxima ex parte verſus marginem poſticum ſubdepreſſus conſpicitur; *ſtipes* porro utplurimum ſubhorizontalis & latere cum pileo confluit, ſed & ſubperpendicularem eum inveni; pro pilei magnitudine nec non ob locum natalem etiam longitudine variat, ut plurimum 1 — 2 unc. elongatus, 3 — 4 lin. craſſus deorſum ubique colore imbutus nigro.

145. *Boletus alneus: gregarius, ſubimbricatus; pileo inæquali ſubtomentoſo ferrugineo, poris nitidis, cervinis, demum cinnamomeis.*

Hab. paſſim ad Alnos languescentes.

Deſc. Primo valde inæqualis, & tuberiformis prorumpit, dilute ferrugineus, nitidus, tomentoque denſiore aut materie incruſtante pallida obſitus; *pileus* dein diſtinctius evolvitur & ſubtriqueter fit, 2 unc. latus margine flexuoſus; inter majores unus alterve minor inprimis ad latera obſervantur; ubi diſcindendo læſus factus tomento ſulphureo obtegitur; *ſubſtantia* fibroſa, ſuberoſa, ferruginea. *Pori* in recenti fungo nitidi ſubcinerascentes, dein inprimis exſiccati cinnamomei evadunt. — Huic affinis & forte ſolum ſubſpecies ſequens fungus videtur.

146. *Boletus triqueter: imbricatus, cinnamomeus; pileo ſuberoſo, ſtrigoſo-tomentoſo, triquetro, poris minutiſſimis griſeo-ferrugineis, ſubnitidis.*

Hab. paſſim in ſylvis ad truncos quercinos, in Hercynia ſemel eum ad truncos pineos obſervavi. *Pileus* tuberoſus 3 — 4 ſibi imbricatus in margine poſtico ſtipitiformis prominet, hinc forma indutus triquetra; 3 unc. fere largus & 2½ latus, ſuperne convexus ſubzonatus, fibrillis ſtrigoſis rectis obtectus, margine planus, colore opacus, intus dilutior ferrugineus. Pori in nondum bene maturis fungis materie ſubnitida griſea tecti, dein aperti & pileo concolores ſpectantur.

147. *Boletus croceus: inmerſus, croceus, pileo craſſo elongato tomentoſo, poris nudis obliquis.*

Hab. paſſim intra fiſſuras truncorum aridorum, vetuſtorum quercuum.

Deſc. Forma elongata ad 1½ ſpithamam nonnunquam creſcit. *Pileus* planus horizontalis, 3 unc. latus ½ unc. craſſus, vegeto in ſtatu tomento læte croceo obtectus; *ſubſtantia* fibroſa ſuberoſa humida, circulis concentricis notata coloreque multo dilutiore, loco natali, magna ex parte inmerſa. *Pori*, quod ſingulare eſt, latus externum occupant, hinc denudati, & deorſim ſpectant, hinc obliqui apparent, latitudine mediocres, eorum tubi 1½ — 2 lin. longi. — Fungus dein in putredinem abit, & omni licet cura areſactus, colorem amœnum in ſordidum aut ſubnigreſcentem commutat.

148. *Poria mucida: dilatata candida, carnoſo-ſuberoſa: margine byſſino, poris congeſtis, nonnullis laceris.*

Hab. ad truncos putridos non infrequens, eorundem fiſſuras inveſtiens inter ſub dio creſcentes ſpecies

majoribus adnumeranda, pro loco natali 5—6 unc. lata, $\frac{3}{4}$ lin. craſſa; *ſubſtantia* humida e carnoſo ſuberoſa, quoad trunci ſuperficiem inæqualem, etiam irregularis obſervatur, quod in *pororum* formam & ſitum præcipue agit, hi enim in parte horizontali, regulares rotundi ſunt, in parte obliqua angulati, imo & laceri evadunt. *Margo* ſterilis villoſo-membranaceus, demum ſubſibrilloſus. *Color* recenti in ſtatu niveus, demum in aſſervatis ſpeciminibus pro more palleſcit.

Obſ. Margine byſſino & fibroſo etiam tenuitate a *Poria Medulla panis* diſcrepat, ob ſubſtantiam vero & pororum formam, nec non eorum multitudinem cum *Poria fibrilloſa*, quæ membranacea & cujus pori ſubobſoleti, nonnunquam inter ſe diſtantes, non conjungi poteſt.

149. *Odontia fimbriata: ſubmembranacea incarnato-rufa, margine fibrilloſa, ſubulis ſtrictis multifidis.*

Hab. paſſim ad ramos dejectos fagineos.

Deſc. In juventute nonnunquam ſeſe exhibet, ut membranam ſimplicem, 3—4 lineam ſolum latam, ſed fibris longiſſimis divergentibus truncis adnexa; adulta 2—3 unc. elongata, coriaceo-membranacea, ſicca; margine nunc ſubglabra, nunc fibris ramoſo-plumoſis terminatur: *Subulæ* primo ſubgranuloſæ apparent, hinc *Corticiis* affinis hæcce ſpecies, ætate vero progrediente ad unam lineam & ultra elongantur, ſubcylindricæ fiunt, & quod peculiare, apice penicilli fere in modum multoties inciſæ: laciniis ſubdivergentibus.

Obſ. Hydnum Barba Jovis *Bull. Champ.* pag. 303. tab. 481. fig. 2. noſtræ ſpeciei affinis, ſed ſecundum iconem omnino ab ea diverſum videtur.

Diderma.

Peridium duplex: *exterius*, ut plurimum glabrum, *interius* tenuiſſimum rigidum *pulverem*, filis latitantibus intertectum arctius ambiens.

150. *Diderma contextum: effuſum flavum, peridiis compreſſis flexuoſis confluentibus.*

Provenit elegans hæcce ſpecies paſſim in faginetis, ſupra muſcos folia & ramulos effuſa, hosque poſteriores ſæpe annulatim cingit.

Deſc. Ceſpes e pluribus individuis conflatus, nunc oblongus, nunc ſubrotundus, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. & ultra latus. *Peridium* ipſum ſeſſile baſi anguſtatum, $1\frac{1}{2}$ - 2 lin. elongatum, unum juxta aliud poſitum, illo hinc recto hoc flexuoſo, fungillus contextus apparet; *cortex* exterior ſubrugoſus, opacus ochraceus, baſi cineraſcens, interior albidus membranaceus, apice manifeſto a priore ſejunctus, baſi vero cum eo connatus videtur, ſed & totum liberum eum obſervavi. *Fila* flexuoſa, reticulata candida, membranæ interiori adnata, *pulvis* nigerrimus.

151. *Diderma vernicoſum: gregarium ovatum rufeſcens nitidum: ſtipite laxo albido.* Tab. III. Fig. 7. a - g.

Lycoperdon *fragile*, paraſiticum ſubſeſſile obovatum fuſcum cortice nitido fragili, farina nigra villis intertexta. *Dickſ. Pl. crypt. britan.* Faſc. I. pag. 25. Tab. 3. Fig. 5.

Hab. in faginetis & pinetis autumno ad folia, ramos, mufcos &c.

Defc. Primo fe ut pulpam flavam 1½ — 2 unc. latam exhibet, quæ dein, etiam domum fumta, fe in fungillos evolvit. *Peridium* exterius obovatum aut turbinatum, utrinque obtufum, nitens, vernice quafi obductum, colore e pallido ad badium vergit, hac in fpecie inprimis fragile, interius ægre obfervabile, in fpeciminibus inmaturis & arefactis diftinctius confpicitur, ubi fe a priori difiungens partes interiores in nuclei albidi formam circumdat; in bene maturis plerumque cum exteriore conjunctum videtur, & cum fila, hac in fpecie lata, candida, lateri interno adhæreant, primo intuitu hanc fpeciem pro *Phyfaro* quodam haberes. *Membrana* fubjacens albida per partes in ftipitem laxum elevatur.

CRIBRARIA.

Peridium tenuiffimum fubevanefcens; *Capillitium* filis reticulatis cancellatum, pulverem congeftum ambiens.

152. *Cribraria argillacea: gregaria argillacea, fubrotunda; ftipite breviufculo nigrefcente.*

Stemonitis argillacea in *Linn. Syft. Nat. ed. Gmel* Tom. 2. pag. 1469.

Rariffime provenit in falicibus cavis, æftate pof multas pluvias.

Defc. Subiculum membranaceum S. *membrana* fubja cens huic fungorum familiæ folennis, tenuiffim etiam fubnigrefcit; *Stipes* ftrictus cylindricus,

lin. vix longus. *Peridium* globofum, ½ lin. latum, aut totum aut ad dimidium evanefcit; *Reticulum* globofe expanfum; filis inferioribus etiam fubnigrefcentibus & hic anaftomifantibus. *Color* opacus, excepto ftipite, unicolor argillaceus.

153. *Cribraria cernua: obfcure fufca, ftipite elongato, capillitio globofo denudato cernuo.*

Mucor *cancellatus*, ficcus, nigro-fulvus, ftipite valido apice fubulato & flexuofo, capitulo globofo & depreffo, cute poft feminis delapfum remanente clathrata. *Batfch. Elench. Fung.* Cont. 2. pag. 135. Tab. XLII. fig. 232.

Stemonitis *cancellata*, ftipite fimplici, capitulo globofo, exterius cancellato: receptaculo nullo. *Gmel. Syft. Nat. Linn.* t. 2. p. 1468.

Hab. paffim ad truncos & ramos putrefcentes.

Defc. Cortex exterior tenerrimus, demum totus evanefcit, *capillitium* e contrario hac in fpecie *filis* firmis parallelis ad latera venis denfis inter fe cohærentibus conftat, nec pro parvitate fungilli facile rumpitur. *Stipes* elongatus flexuofus attenuatus & fæpe fubincurvus, unde capitulum ut plurimum nutat. — Etiam hæcce fpecies, uti *Stemonitis fafciculata*, ut plurimum byffo albida parafitica fere tota obtegitur & deftruitur.

Obf. Clathrus ftipitatus, reticulo fixo. *Schmied.* (Icones Pl. tab. 33. Fig. 2.) & Sphærocarpus *femitrichioides* Bull. hujus loci funt; fed variis de caufis omni attentione adhuc opus eft, utrum e fallacia fic dicta optica laudati auctores afferuerint, reticulum contra confuetudinem peridii margini effe adnatum.

quod quidem, fungillo a latere fpectato, iis in fpeciebus, ubi membrana externa folum ad dimidium evanuit, primo obtutu apparet, aut an capillitii pars inferior cupulæ ad inftar integra remaneat, verum hoc in cafu cortex folummodo fungi adhuc inmaturi partem fuperiorem obtegeret, nec de more eum totum circumdans, ftipitis apici affixus inveniretur; quæcunque res demum fit, hasce ambas fpecies, a me nondum repertas, fcrutatoribus talium vegetabilium oculatiffimis exactius indagandas relinquere vellem.

Fuligo.

Effufa, in pulverem fatiscens; *cortex* fibrofus inæqualis: *cellulæ* intus reticulatim connexæ, pulvere, filis intertexto, repletæ.

154. *Fuligo candida: dilatata, fubdepreffa, candida, intus nigra.*

Reticularia *hortenfis* var. α *Bull. Champ.* p. 86. pl. 424. fig. 2.

Hab. paffim æftate in fylvis ad truncos putridos.

Obf. 2 — 3 unc. lata, 4 — 5 lin. craffa, fuperficies fuperior fibrofa rugofa, inferior, ubi loco natali infidet, de more fubmembranacea. *Fila* tenuiffima una cum *pulvere* nigra funt.

155. *Fuligo vaporaria: junior venofa repens, matura procumbens cefpitofa, cellulofa, flavo-cinnamomea.*

Reticularia *hortenfis* var. β. lutea aut luteo-fubferruginea. *Bull. l. c.?*

Spongia fugax mollis, flava & amœna, in pulvere coriareo nafcens. *Marchand Mem. de l'Acad. franç. ann.* 1727. p. 334. pl. 12.

Sur une vegetation particuliere, qui vient ſur le tan. (Fleurs de tannée). *Mémoires* etc. p. 40. (ejusd. tomi.)]

Hab. vere & autumno in vaporariis intra pulverem coriarium ſ. acervum corticis quercuum eo fine contuſi.

Deſc. Pro diverſo vitæ ſtadio etiam forma, loco & colore variat. Junior nimirum, quæ abscondita eſt, e fibris tremelloſis fluxibilibus, venis inter ſe connexis conſtans undique ſerpit, quo in ſtatu faciem *Meſentericæ* cujusdam ſpeciei præ ſe fert & tunc impedita, quo minus haud maturescat, in globulos duros, corneos quaſi ſeſe colligit. Sibi vero imperturbata relicta, loco bene favente, natura fermentativa quaſi, in ſuperficiem acervi ebullit, ſeque in ceſpitem craſſum & latum diffundit, placentæ ſimilem, nec non colorem in læte cinnamomeum commutat. Superficies nunc de more generis, mollis, celluloſa; intus pulvis copioſus e nigro olivaceus dein fuscus, adeſt, in quem tandem totus fungus propemodum delabitur, & ipſam ob rationem plantis vicinis nocivus fit, hac enim pulvere obtectæ langueſcunt.

Obſ. Cum plures diverſæque ſpecies ſub nomine: Fuligo *ſeptica*, Mucor ſepticus, Reticularia *ſeptica* in Botanicorum ſcriptis ſunt adnotatæ, inter quas forte & hæc ab uno alterove auctore enumerata eſt, eam denominatione a loco natali deducenda inſignire malui, cum fere omnes, quotquot extant, ſpecies pulvere ſuo vicinis plantis aliisque rebus detrimento eſſe poſſunt.

Spumaria.

Effuſa; *Tegumentum* furfuraceo-celluloſum, deciduum, obtegens, *Peridia* ramoſo-cornuta *libera* (perſiſtentia).

156. *Spumaria Mucilago:* Verſuch einer ſyſtematiſchen Eintheilung der Schwämme in *Römers N. Bot. Magazin.* Tab. I. Fig. 1. a. b. c.

Reticularia *alba*, major, pulvinata, thecis coralloideis coriaceis ſeminiferis. *Bull. Champ.* p. 92. pl. 326.

Reticularia *ovata.* var. 1. *Withering Bot. Arrangement.* Ed. 2. Vol. 3. p. 471.

Mucilago cruſtacea alba. *Mich. nov. gen. plant.* Tab. 96. Fig. 2. — *Batar. Fungorum agri armen. hiſt.* p. 76. Tab. XL. Fig. g. h. i.

Mucor cruſtaceus erectus albidus: corymbis globoſis nigris. *Müller Beſchreibung eines buſchlichten Gewächſes in den ſchwediſchen Abhandlungen, 31 Band vom Jahre 1769. p. 68. Fig.* 2 — 5, huc pertinet.

Mucor ſpongioſus. *Leyſſer Fl. Halenſis.* n. 1274.

Fuligo ovata laminoſa alba. *Hall. hiſt. ſtirp. helvet* Ed. 2. p. 111.

Provenit haud infrequens ad varias plantas etc. autumno.

Deſc. Si ramulum quendam circumdat, tunc form eſt inſtructa ovata, in locis applanatis vero æqua liter effuſa ſiſtitur, $1\frac{1}{2}$ — 2 unc. ut plurimum lata *ſubſtantia* primo molliſſima butyracea fere; matu reſcens aut exſiccata, rigidior fit, tunc vero co tex externus qui niveus, pulſando inprimis d

labitur & *peridia*, antea inclusa, conspiciuntur, solummodo pulvere albido consperfa, colore cæsia, forma varia, ramoso-cornuta: ramis obtusissimis subcompressis, intus pulvere nigro, filis tenuissimis intertecto, repletis; natura subtenaci, hinc diu asservari potest hicce fungus, nec tam facile friabilis neque sponte, *Fuliginis* more, in pulverem dispergendum fatiscit.

Obs. Etiamsi crescendi modo & habitu externo cum *Fuliginibus* convenit hæcce species, structura nihilominus externa, uti e descriptionibus amborum generum specierum eluxit; *cellulæ* nimirum in priore genere inter se connatæ formaque indeterminata gaudent; in posteriore vero in manifestas & inter se liberas nec cortici externo continuas capsulas disjunguntur.

Si *peridiorum*, quæ in nonnullis sessilia, brevissima conferta, in aliis stipitata, majora, magisque divisa, ratio habeatur, forte in nonnullas species hocce genus dilaberetur; fungus saltem a *Müllero* (l. c.) descriptus, quoad iconem, naturæ si sit fida, ob peridia *subreniformia* aliam exhibere videtur speciem.

Mucor.

Perula stipitata subrotunda primo aquoso-pellucida, dein opaca *sporis* subcohærentibus repleta.

* *Stipite racemoso.*

157. *Mucor flavidus: caule racemoso, perulis primo lutescentibus dein griseis.* Tab. VI. Fig. V.

Mucor *flavidus*, lutescens, demum griseus, *in Römers N. Bot. Magazin. B. I. p. 9.*

Byssus stipite ramoso, racemato. *Schmiedeli Icon. plant. & Anal. part. Manip. III.* p. 203. Tab. LII. Fig. 2.

Obs. Super fungos putrescentes inprimis *Agaricum piperatum* L. quasi effusus provenit cespitulum efformans. Primo suberectus, nitidus colore flavo; demum decumbit & *Byssum* quandam griseo-cinereum repræsentat. *Perulæ* maturæ subnigrescunt, & tunc primo intuitu granulosæ apparent, hoc vero a *sporis* globosis se expandentibus, receptaculumque undique rumpentibus oriri videtur. *Seminula* globosa.

** *Stipite simplice.*

158. *Mucor caninus, congesta byssoidea albida, perulis minutis lutescentibus.* Tab. VI. Fig. 3 — 4.

Inprimis tempore hyemali, aëre leni humido, in fimo canino crescit denso agmine. *Stipes* pro ratione longissimus. *Perula* primo albida, mox lutescit & si recte observaverim, eam etiam, uti in *Mucedine grisea*, circa stipitem dehiscentem visam fuisse, hinc forte, ne genera nimie multiplificentur, & genus: Mucedo & Hydroporæ nonnullas species cum *Mucoribus* conjungendas esse. *Sporæ* hac in specie rotundæ.

Obs. An Hydrophora stercorea. *Tode Fung. Mecklenb.* Fasc. II. p. 6. quoad speciem diversa? In nota adjecta & nostrum fungillum Auctor intendisse videtur.

Botrytis.

Erecta, *sporæ nudæ* in ramulis dichotomis conglomeratæ.

159. *Botrytis parasitica: cespitosa candida, stipite deorsim simplice.* Tab. V. Fig. 6. a. b.

Hab.

Hab. frequens æſtate in caule *Thlaſpeos Burſæ paſtoris*, locus ubi provenit, intumeſcit & intorquetur, epidermide rupta, villi albidi ad inſtar apparet; antea ſolummodo pulverem nudum invenies, qui inſtituta cum aliis *Uredinis* ſpeciebus comparatione, ad hocce genus pertinere videtur, hinc hæcce *Botrytis* cum alieno fungillo in uno eodemque loco paraſitica æſtumanda foret. *Sporæ* ſ. *Seminula* capſulæ nulli incluſa, plantula vel leniter concuſſa, decidunt.

AECIDIUM.

Peridium manifeſtum (ſeſſile) teres, apice demum ore dentato ruptum, *pulvere* nudo ex toto repletum.

160. *Aecidium aſperifolii: ceſpitoſum, orbiculare, ſubtus excavatum, craſſum, aurantium.*

Hab. in variis plantis aſperifoliis, inprimis *Cynogloſſo*, *Anchuſa*, *Lycopſi* etc. tempore æſtivo.

Deſc. Pars folii, ubi provenit hæcce ſpecies, primo albido-maculata, dein dilute viridis evadit, uno latere concava, convexa altera, hinc quaſi bullata. *Ceſpitulus* 3 lin. latus pro ratione craſſus; *peridia* ipſa equidem diſtincte non prominent, colore albo, ſed ob tranſparentem pulverem, aurantium conſpicitur: margine dentato albido remanente.

161. *Aecidium Rhamni: ceſpitoſum flavo-roſeum, peridiis elongatis ſubdivergentibus.* Tab. II. Fig. 4.

Aecidium Rhamni in *Linn. Syſt. Nat. ed. Gmel.* Tom. 2. pag. 1472.

Prov. paſſim elegans hæcce ſpecies in parte averſa foliorum *Rhamni cathartici*. *Ceſpitulus* ſuborbicularis,

lin. 1 latus. *Peridia* vegeto in ſtatu colore eléganti rubello inſtructa, dimidiam lineam prominent, longitudine inæqualia, apice ſubattenuata, nunc ſtricta, nunc ſubincurva. *Pulvis* incluſus colore fulvo, exſiccatus albidus fit.

162. *Uredo bullata: bullatim prominens, pulvere ſpadiceo: ſporis bilobis.* Tab. II. Fig. 5.

Prov. paſſim in caule plantarum umbellatarum, cujus epidermis in formam ovatam bullatim elevatur, pulveremque includens, cujus pars ſub lente valde augente ſi inquiratur, tunc *ſporas* bilobas ſ. numero 8 exprimenti ſimiles exhibet.

163. *Uredo Alchemillæ: conferta flava, in lineas ſubparallelas erumpens.*

Hab. in foliis *Alchemillæ vulgaris* langueſcentis, & hactenus in pratis montoſis hercynicis eam reperi. *Pulvis* ſubaurantius, in formam ovatam, aut ellipticam, ut plurimum vero linearem, uti capſulæ in *Aſpleniis* ſunt diſpoſitæ, prorumpit. Folia quibus innaſcitur hæcce ſpecies, reliquis multo minora ſunt.

164. *Uredo confluens: flava applanata, circinatim confluens.*

Singulare ſane eſt, quod hæc ſpecies, contra aliarum morem, in tam diverſo natali habitat loco; provenit nimirum tam in foliis *Ribis alpini*, quam in foliis *Mercurialis perennis* tempore vernali. *Acervuli* pulveris magnitudine & forma diverſi, ut plurimum inter ſe concentrice confluunt, foliorum

epidermidis ruptæ margine vix cincti; *pulvis* subcompactus dilute flavus.

TRICHODERMA.

Subeffusum; *pulvis* farinaceus subnudus *tegmine* villoso cinctus.

165. *Trichoderma aureum: late effusum, villo subalbido pulvere obscure flavo.*

Hab. Ad ligna putrida cariosa, iisque immersum, 3 unc. fere latum, etiam ad latera cespitis majoris, sub forma globosa, 2 — 3 lin. lata, occurrit. *Villus* tegmineus rarus partim etiam pulverem intrat eique subintertectus.

Obs. Fungillus ille, quem in *Dispositione methodica fungorum* cum allegatione de *Pyrenio Lignorum* var. β. *Tode* etiam huc retuli, longe alia species esse videtur, cum villus corpus quoddam *solidum* nec *pulverem* includit, & forte solummodo statum juniorem *Sphæriæ fragiformis* exhibet, quæ hac ætate nonnunquam etiam tomentosa observatur.

Sæpe tempore autumnali in sylvis ad truncos putridos in quandam fungorum speciem incido, de qua anceps hæreo, utrum jure sub hoc militet genere, quæ junior albida, dein etiam flava, in formam oblongam crescens, externe quidem subtomentosa est, sed ejus substantia interna e materia friabili, sed cohærente, nec dispergibili constat.

ERINEUM.

(Epiphyllum), *Fila* rigida crispa in cespitulum compacta.

166. *Erineum populinum: cupulare inmerſum, ſpadiceum; filis grumoſis ſubobſoletis.*

Hab. non infrequens in foliis aridis *Populi Tremulæ*, ſuperficies folii prona ſparſim bullatim prominet, ſubtus hinc cupulæ ad inſtar impreſſa, in quibus cavitatibus fungilli nidulantur. Huic ſpeciei ſingulare eſt, quod *fila* non diſtincta apparent, ſed e particulis grumoſis duriuſculis conſtat, hanc ob cauſam & propter ſingularem creſcendi morem facile ab aliis ſpeciebus diſtingui poteſt. *Color* opacus ſordide ſpadiceus.

Russula.

Pileus carnoſus, utplurimum depreſſus; *Lamellæ* longitudine æquales.

* *Pileo rubello.*

167. *Ruſſula roſea: pileo ſublævi, planiuſculo, roſeo, lamellis ſtipiteque albis.*

Agaricus *ſanguineus*, pileo amœne roſeo, margine pallidiore, lamellis niveis, ſtipite craſſo niveo, roſeo-rubello. *Batſch. Elench. fung. icon.*

Hab. autumno in pinetis & faginetis; dantur & aliæ ſubſimiles, adhuc extricandæ, pileo colore albidiore aut obſcuriore margine diverſo, ſtipite plus minusve rubro, nec non ſapore vario.

168. *Ruſſula emetica: acris, pileo depreſſo, margine ſulcato obſcure rubro, lamellis ſtipiteque candidis.*

Var. β. pileo-ſtipiteque rubro.

Agaricus emeticus. *Schæff. Fung. Bavar.* Tab. XV.

Provenit frequens in ſylvis. Secundum alios fungorum ſcrutatores colore conſimilis adeſt ſpecies *mitis*,

de qua inquirendum, num veris notis a priore diſtingui poſſit.

169. *Ruſſula eſculenta: pileo rubro, lamellis obſcure flavis, ſtipite palleſcente.*

Var. β. R. *alutacea*, pileo planiuſculo ſubtuberculoſo rubro, lamellis alutaceo-nitidis ſtipite albo.

Agaricus *Ruſſula*, lamellis flavescentibus. *Scop. Flor. carniol. Ed. 2. tom. 2. p. 436.*

Fungus eſculentus, pileo ſuperne rubro, inferne primum albo, dein obſolete luteo etc. *Micheli nov. pl. gen. p. 155. n. 1.*

Hab. in ſylvis. β. frequentior & forte diverſa ſpecies eſt.

170. *Ruſſula crocea: minor, pileo rubello, lamellis tenuibus croceis, ſtipite albido.*

Raro in ſylvis occurrit, inter minores pertinet. *Pileus* 1½ unc. latus propemodum, lamellæ baſi ſæpe venis inter ſe connexæ. — Huic affinis *Agaricus Riſigallinus* Batſch., qui vero ab diverſum pilei colorem & formam & ſtipitis teneritatem diſcrepare videtur.

*** Pileo flaveſcente.*

171. *Ruſſula aurea: pileo planiuſculo ſubdepreſſo fulvo, lamellis craſſiuſculis, ſubventricoſis alutaceis, ſtipite flavido ſolido.*

Paſſim autumno in ſylvis invenitur.

Deſc. Stipes 2 unc. longus fere, 6 lin. craſſus, ſubrugoſus; *Lamellæ* ½ unc. fere latæ fragiles, nonnullæ baſi dentato-connexæ. *Pileus* 2 unc. latus, colore læte vitellinus, ſapore non ingratus.

172. *Ruſſula ochroleuca: pileo flavescente planiusculo: margine lævi, lamellis ſtipiteque albidis.*

Agaricus pectinatus *Bull.* var. flaveſcens.

Amanita n. 2374. *var.* ochroleuca. *Hall. Stirp. helv. Ed. 2. pag. 161.*

Hab. non infrequens in ſylvis abietinis.

Deſc. Stipes unc. 1. & nonnullas lineas altus, ½ unc. fere craſſus, cylindricus. *Lamellæ* oblanceolatæ ſ. verſus pilei marginem latiores, planiusculæ. *Pileus* disco parum depreſſus, margine non convexus, & hic ſolum ſubſtriatus, ſed non tuberculoſus, ſapore acris; variat colore in medio multo obſcuriore, quam verſus marginem.

173. *Ruſſula fœtens: gregaria, pileo lato depreſſo, ſordide flaveſcente: margine fornicato, ſtriis tuberculatis rugoſo, lamellis baſi venis connexis, ſtipiteque brevi palleſcentibus.*

Agaricus piperatus. *Bull. herb. de la Franc. pl. 292.*

Agaricus faſtidioſus, in *Uſteri N. Bot. Annalen* St. IX. pag. 9.

Hab. haud rarus in faginetis æſtate, & autumni initio, locis graminoſis; præcedente dimidio major, colore opacus, nonnunquam parum ad lateritium vergit, margine tenuis, pellucidus, groſſe ſtriatus, ſapore acris & odore plumam aduſtam propemodum adæquat.

*** *Pileo vireſcente.*

174. *Ruſſula furcata: pileo depreſſo, rugoſo viridi, lamellis nonnullis furcatis palleſcente-albis; ſtipite candido.*

Agaricus bifidus. *Bull. herb. de la France. tab. 2.*

Agaricus *furcatus*, pileo farinoſo viridi-cinereo, la-

mellis furcatis, ſtipiti farcto ſpongioſo continuis. *Gmel. Syſt. Nat. Linn. tom. II. p. 1410. Hoffman Nomencl. fungorum. Pars I. p. 115.* Amanita furcata. *Lamarck Encycl. 105.*

Paſſim in ericetis & ſylvis fagineis provenit.

Deſc. Stipes 1½ — 2 unc. long., ſolidus, ſubrugoſus, obconicus. Lamellæ craſſiusculæ verſus pilei marginem dilatatæ, ſimpliciter ramoſæ. *Pileus* 2 — 3 unc. latus, nonnunquam rugoſo-rimoſus colore dilute viridis, ſapore amaricans.

Var. β. R. *æruginoſa*, pileo convexo teſſelato, dilute æruginoſo, lamellis latiusculis ſubdiviſis, ſtipiteque ſolido candidis.

Obſ. Rarior in ſylvis provenit, ſtipes ſubæqualis. *Lamellæ* craſſæ, apice etiam bifidæ & paſſim nonnullas dimidiatas intermixtas obſervavi. *Pileus* 3 unc. latus, ſuperficie ſcaber, ejusque epidermis margine ſæpe ſoluta & retracta; ſapor ſubfarinaceus. — A præcedente forte quoad ſpeciem diſtincta, uti ambæ nonnullis characteribus a *Ruſſulis* recedunt.

175. *Ruſſula* ***olivacea:*** *pileo olivaceo-livido ſubumbilicato, ſtriato, lamellis dilute croceis, ſtipite albido.*

Var. β. viſcoſa, pileo viſcoſo, margine lævi.

Agaricus olivaceus. *Schæff. fung. Bavar.* Tab. CCIV.? varietas?

Hab. paſſim in pinetis. *Stipes* 2 unc. altus. *Lamellæ* diſtantes nitidæ. *Pileus* junior convexus in β medio viſcoſus, margine non tuberculoſus.

176. *Ruſſula* ***lurida:*** *pileo olivaceo-fuſco: margine lævi, lamellis ſtipiteque candidis.*

Agaricus virescens. *Schæff. fung.* Tab. 94. Fig. 1.

Ag. *delicatus* (*var. γ.*) pileo olivaceo, flavo rubellove vario vel unicolore lurido. *Batsch. Elench. fung.*

Var. β. R. *epidendra*, minor pileo olivaceo-rubro, lamellis stipiteque cylindrico albis.

Prov. α frequens in sylvis ad terram, β rarissime ad truncos vidi, minor quoque est, pileus nimirum qui in α 3 unc. & ultra latus in hac 1½ unc. amplus, stipes 3 — 4 lin. crassus.

Obs. comm. Licet quisque fere ad hoc usque tempus putaverit, Agaricos, qui tam vastum constituunt genus, secundum certos & indubitatos characteres in plura haud disjungi posse genera, quantopere hoc jam dudum, ut tanta specierum copia rite inter se dignoscatur, necessarium fuit; & cujus alia occasione periculum faciam; operæ pretium modo nunc duxi, me *Agaricos* illos sic dictos *integros*, de quibus specierum numerus equidem non parvus est, ut proprium exhibere genus. Hi enim æque veris certisque notis a propriis Agaricis dignosci possunt, ac *Merulii* aut *Chantarelli* nunc ab iis distincti proprium sibi vindicant locum; secundum habitum quoque externum valde deflectunt: *pileus* scilicet substantia est carnosus, rigidus, medio plerumque excavatus, margine in multis speciebus sulcatis: interstitiis tuberculosis (unde *Bulliardus* has sub una specie comprehendit hancque denominavit Agaricum pectinaceam), ceterum glaber, nec succo lacteo scatens; *lamellæ*, quarum minores majoribus non sunt

intermixtæ, ſtipiti ſtricte ſunt adnexæ, nec in eum decurrunt neque emarginatæ ſunt, plerumque ſubincraſſatæ, & fragiles; *ſtipes* mediocri longitudine, teres, ſubſolidus, rigidus, nudus ſ. *velo* non tectus; & maxima ex parte colore eſt albido.

Ulterius adhuc indagandum, utrum quæ nonnullis enumeratis ſpeciebus adjectæ varietates, quarumque majorem numerum cl. *K. von Krapf* in Libro ſuo: *Ausführliche Beſchreibung der in Unteröſterreich wachſenden, und zum Verkauf ſowohl erlaubten, als unerlaubten eſsbaren Schwämme, ſamt den ihnen ähnlichen uneſsbaren, ſchädlichen, giftigen oder auch verdächtigen etc. Erſtes Heft mit XI illuminirten Kupfertafeln. Wien* 1782. & huic ſcopo & communi vitæ utiliſſimo commemorat, diſtinctas efficiant ſpecies, nec ne.

Adnotare adhuc neceſſe videtur, in omnibus in *Schæfferi* opere præſtitis iconibus hujus generis in diametro exprimentes lamellas & *dimidiatas* eſſe propoſitas, quod vero haud naturæ ſed artificis errori innititur.

EXPLICATIO ICONUM.

Tabula I.

Fig. 1. exhibet folium graminis, quod maculæ nigræ ad instar incolit Sphæria *graminis.*

Fig. 2*. Pars folii lente aucta, ut *sphærulæ* (a) integræ, & (b) in diametro perscissæ distinctius conspiciantur, (c) *gelatina* sub microscopio composito exhibita.

Fig. 2. Peziza *Macropus*, (a) pars cupulæ externa, & (b) *thecæ* seminibus repletæ sub lente propositæ.

Fig. 3. Antecedentis speciei varietas *hirta.*

Fig. 4. Sphæria *deusta* var. *platyceps* mediocriter amplificata & in diametro proposita, quo *sphærulæ* in periphæria conspici possint. a. *seminula* magis adaucta.

Fig. 5. Idem fungus in statu juniore, obconicus, teres.

Fig. 6. Stilbospora *spærosperma* lente exhibita.

Fig. 7. Fila Torulæ *fructiginæ:* unum integrum & duo articulatim se disjungentia sub lente quoque repræsentata.

Tabula II.

Fig. 1. Sphæria *Hypoxylon* gregarie in trunco proveniens, ætate formaque diversa: (a) inmatura pulvere albido sursum obtecta, (b) matura (c) varietas simplex teres; (d) ejusdem particula ab exteriore & (e) perpendiculariter perscissa

lente exhibita, ut ſphærulæ conſpiciantur, (f) *Thecæ* & paullo inferius *ſporæ* magis auctæ.

Fig. 2. Stilboſpora *ovata* &

Fig. 3. Stilboſpora *microſperma* ſub lente dilineata.

Fig. 4. Æcidium *Rhamni* lente auctum: (a) *peridia* juniora e folio erumpentia, (b) adultiora integra, (c) rupta, ut pulvis incluſus appareat.

Fig. 5. Uredo *bullata* etiam lente propoſita: (a) epidermis rami cujusdam bullatim elevata, ſub qua fungillus creſcit, quæ (b) jam rumpi incipit (c) illa deſumta *pulvis* capſulæ propriæ non incluſus apparet.

Fig. 6. Iſaria *carnea* adhuc vegeta, lente parum aucta.

Fig. 7. Eadem jam fatiſcens.

Fig. 8. Trichoderma *tuberculatum*: (a) junior fungus, (b) maturus, (c) parte ſuperiore ablata pulvis conſpicitur.

Tabula III.

Fig. 1. Agaricus *Bryophilus* muſco innaſcens, (b) a parte inferiore ſub lente propoſitus.

Fig. 2. Phyſarum *bivalve* in Hypno quodam proveniens.

Fig. 3. Idem fungillus lente auctus: (a) Varietas *ſubreniformis*, (b) Var. *cordata*, (c) Var. *orbicularis* diviſa, unde fila ſeminifera ſpectantur.

Fig. 4. Trichia *decipiens* ſub diverſa ætate, forma & colore exhibita.

Fig. 5. Nonnulla hujus ſpeciei individua lente dilineata: (a) *peridium* adhuc integrum, (b) uno latere ruptum, (c) parte ſuperiore ſubevanida, unde *capillitium* elaſtice ſe expandit.

Fig. 6. Corticium *cæſium* mediocriter auctum, ut ſporæ quaternatim diſpoſitæ diſtinctius videri poſſint.

Fig. 7. Diderma *vernicoſum:* (a) gregarie ramulum incolens, magnitudine nativa, in ſequentibus picturis aucta; (b) integrum; (c) *peridium* exterius ruptum, interius adhuc integrum; (d) ambo ſoluta, quo pulvis niger, filis albis intertectus, conſpici poſſit. (e) nucleolus albidus in inmature exſiccato ſpecimine obſervabilis. (f) pars peridii *extimi* ſeparatim depicta, ut paries interior glabra videri poſſit. (g) fila reticulata, & (h) *ſporæ* ſeorſum propoſitæ.

Tabula IV.

Fig. 1. Agaricus *anomalus* a tergo viſus.

Fig. 2. Idem fungus a latere inferiore, & (a) in diametro propoſitus.

Fig. 3. (a) Aſcobolus *furfuraceus*, quoad colorem, & ætatem diverſus; (b) Aſcobolus *glaber*; (c) Pilobolus *cryſtallinus*.

Fig. 4. Aſcob. *furfuraceus* ſeorſum & ſub lente delineatus.

Fig. 5. Idem fungus perpendiculariter diſciſſus, quo inmerſio thecarum videri poſſit.

Fig. 7. a. b. c. repræſentant diverſas varietates Aſcoboli *glabri* lente adauctas.

— — (d) Aſcobolus *inmerſus* e loco ſejunctim propoſitus, thecis elongatis divergentibus, (e) receptaculum thecis deſtitutum.

Fig. 6. indicat harum trium ſpecierum (Aſcoboli) thecas adhuc magis amplificatas & ſolas pictas, ut ſeminula incluſa diſtinctius appareant.

Fig. 9. Pilobolus *cryſtallinus* lente auctus ætate juvenili, ubi (a — d) Sphæriæ ſimilis, colore luteſcente (e) ſſubuli-s. clavariæformis, (f) individua, ubi *veſiculæ* jam evolvi incipiunt.

Fig. 10. Idem fungillus jam maturus: (a) receptaculum hydrophorum, in cujus ſuperficie guttulæ evaporatæ conſpiciuntur, (b) *veſicula*, quæ (c) elaſtice deſilit, (d) mucro ille eſt, cui veſiculæ antea impoſita fuit.

Fig. 11. Nonnulla hujus ſpeciei nunc effœtæ individua, Byſſo cuidam ſimilia reddita.

Fig. 12. Agaricus *ericetorum* gregarie ad terram inter Polythricha proveniens (a) ejus pileus a fronte conſpicuus (b) a parte inferiore & (c) in ſectione perpendiculari propoſitus.

Tabula V.

Fig. 1. Sphæria *ferruginea* gregarie e ramo erumpens.

Fig. 2. Ceſpitulus hujus ſpeciei lente auctus, (a) cujus *ſphærulæ* illæſe, & (b) in diametro exhibitæ, (c) *ſtroma* pulveraceum ferrugineum conſpicitur, etiam in angulo adhuc ſphærulæ horizontaliter diſſectæ, unde ſuperficies interior ſacculo byſſino albo obtecta videri poteſt, (d) pars gelatinæ quomodo ſe microſcopio compoſito monſtrat.

Fig. 3. Agaricus *mitis*, cum duobus junioribus in latere utroque, a tergo propoſitus & (a) reſupinatus delineatus, unde ſtipitis forma adſpicitur.

Fig. 4. Arcyria *roſea* magnitudine nativa.

Fig. 5. Ejusdem ſpeciei nonnulla individua ſub lente exhibita: a. b. diverſam ſiſtit capillitii formam,

(c) calyculus capillitio orbatus, e medio columellam exferens.

Fig. 6. Ramulus Thlafpeos Burfæ paftoris, in cujus medio Botrytis *parafitica* e longinquo villi adinftar apparet, de qua in fequentibus figuris duo fpecimina feorfim delineata: (a) unum fporis adhuc onuftum, quæ in altero (b) deciderunt.

Fig. 7. Repræfentat Geogloffum *olivaceum.*

Fig. 8. Næmafpora *chryfofperma* puftulæformis e ramo erumpens (a) individua lente aucta cirris adhuc inftructa, (b) unum & his & cortice ambiente deftitutum, (c) idem feorfim pictum (d) horizontaliter perfciffum, ut cavitates gelatina ceteroquin refertæ confpicuæ reddantur.

Fig. 9. Siftit (a) Seminula Uredinis *appendiculatæ* & (b) Ured. *bullatæ.*

Tabula VI.

Fig. 1. Trichia *gymnofperma* gregarie in affula crefcens.

Fig. 2. Hujus Fungilli nonnulla fpecimina fub lente depicta: (a) duo adhuc claufa, (b) peridium dehifcere incipit, (d) cujus pars fuperior defumta, quo pulvis eo luculentius fpectetur; (c) pars peridii inferior tota evacuata fiftitur.

Fig. 3. Mucor *caninus* cefpitofe in fimo canino crefcens.

Fig. 4. Idem fungillus lente auctus.

Fig. 5. Repræfentat Mucorem *flavidum* lente auctum, cujus ramus inferior nondum maturus flavefcens, in fuperiore vero ramo *perulæ* nunc grifeæ ob fporas erumpentes granulofæ apparent.

Fig. 6. Seminula (a) Muc. *canini*, & (b) M. *flavidi* adhuc magis aucta propofita.

Fig. 7. Peziza *depreffa* magnitudine naturali.

Fig. 8. Craterella *ambigua* var. α.

Fig. 9. Eadem a latere inferiore delineata, (a) ejusdem fporæ fub lente exhibitæ.

Fig. 10. Hujus fungi varietas β.

Addenda.

Pag. 18. *Sphæria ſerpens:* poſt *magna* add. *repens.*

Pag. 21. *Merulius gibboſus:* add. Synonymum: Boletus *albus*, acaulis pulvinatus lævis, poris oblongis & rotundis. *Lightf.* Fl. Scot. tom. 2. p. 1037?

Pag. 24. *Boletus purpuraſcens:* add. Synonymum: Boletus *abietinus*, acaulis depreſſus rugoſus, faſciatus albidus: poris angulatis ſubdentatis purpuraſcentibus. *Dickſ.* Pl. crypt. britan. faſ. III. tab. IX. fig. 9. (*Pori* vero juſto majores & inter ſe diſtantes ſunt propoſiti.)

Pag. 27. *Peziza æruginoſa:* add. Synonymum: Peziza *viridis*, ſtipitata viridis arborea. *Wigg. Prim. fl. hols.* p. 106.

Pag. 28. *Peziza corticalis:* add. poſt: lævis ſit: *Diſcus* in ſtatu recenti & tempeſtate humida conſpicuus colore ſubrufeſcens.

Pag. 36. *Craterella ambigua: Var. γ.* add. Synonymum: Helvella laciniata. *Timm. Prodr. fl. megap.* p. 280.

Pag. 39. *Corticium incruſtans:* poſt coriaceum add. pro diverſo loco natali etiam ſuperficie læviſſimum eſt.

Pag. 46. add. Agaricus *ramealis.* Bull. champ. pl. 336.

Pag. 52. *Agaricus ſtipticus*: add. Synonymum: Agaricus *ſubacaulis*, paraſiticus ſubacaulis, excarnis albus, lamellis tenuiſſimis. *Villars Hiſt. des plantes de Dauphiné.* Tom. III. p. 1036.?

Pag. 63. *Trichia Gymnoſperma.* add. locum natalem: Hab. tempore autumnali intra corticem & lignum *Populi Tremulæ.*


Tab. I.
Fig. 1.
c.
Fig. 2.
a.
b.
Fig. 2. *
b.
a.
Fig. 3
a.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
Fig. 7.


Tab. II.
Fig. 1.
a.
b.
c.
d.
e.
f.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
a.
b.
c.
c.
Fig. 5.
a.
b.
c.
c
Fig. 6.
Fig. 7.
Fig. 8.
a.
b.
c.

Tab. III



Tab IV.



Fig. 1.
a.
Fig. 2.
Fig. 3.
a
b.
c.
Fig. 4
Fig. 5
Fig. 7.
a.
b.
c.
d.
e.
Fig. 6.
Fig. 9.
f.
e.
d.
c.
b.
a.
Fig. 11.
c
d.
b.
a.
e.
Fig. 12.
b.
a.

Tab. V.


Fig. 1.
a
b
c
Fig. 2.
d
a
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 6.
a
b
Fig. 5.
c
a
b
Fig. 7.
c
Fig. 8.
a
b
d
a
b
Fig. 9.
Besemann f.

Tab. VI.


Fig. 1.
Fig. 2
a
b
c
d
e
Fig. 3.
Fig. 4.
a
Fig. 5.
Fig. 7.
Fig. 6.
a
b
Fig. 8.
Fig. 9.
a
Fig. 10.
Besemann f.



INDEX ALPHABETICUS
GENERUM ET SPECIERUM.

CORRIGENDA.

Pag.	19.	lin.	12.	loco longior, leg. brevior.
—	20.	—	8.	l. adnotam leg. adnotatam.
—	—	—	24.	leg. juniores.
—	23.	—	13.	leg. extuberet.
—	—	—	25.	loc. ſimilis leg. diſſimilis.
—	29.	—	14.	leg. Tomentum.
—	—	—	7.	loc. *palleſcente - alba* leg. *livida.*
—	30.	—	23.	loc. *conigerum* leg. *conigenum.*
—	31.	—	1.	leg. *parallelam.*
—	32.	—	8.	loc. aba l. alba.
—	41.	—	10.	loc. ſubcarnea leg. ſubcornea.
—	46.	—	10.	leg. potuerit.
—	59.	—	8.	loc. maturula leg. naturali.
—	61.	—	3.	loco quod leg. quoad.
—	—	—	13.	loc. excipientam leg. excipientem.
—	—	—	21.	poſt matureſcendo dele;
—	100.	—	20.	loco icon. leg. Tab. III. fig. 13.

OBSERVATIONES
MYCOLOGICAE.

SEU

DESCRIPTIONES TAM NOVORUM QUAM NOTABILIUM FUNGORUM

EXHIBITAE

A

D. C. H. PERSOON.

PARS SECUNDA

CUM

TABULIS VI AENEIS PICTIS.

LIPSIAE ET LUCERNAE

SUMPTIBUS GESSNERI, USTERII ET WOLFII.

1799.

VIRO CELEBERRIMO

IAC. EDUARDO SMITH

MEDIC. DOCTORI, SOCIETATIS LINNEANAE

PRAESIDI, ALIARUM SOCIETATUM MEMBRO

DIGNISSIMO

OBSERVATIONES HAS

AD VENERATIONEM

GRATUMQUE ANIMUM TESTANDUM SACRAS

ESSE VULT

Auctor.

PRAEMONENDA.

Opusculum hoc, cujus argumentum descriptiones fungorum aut plane novorum, aut observationes de speciebus jam cognitis, seu criticas specierum valde affinium, hinc saepe inter se a nonnullis auctoribus commutatarum, disquisitiones exhibet, secundam *Observationum mycologicarum* partem ex sententia, quam primum ceperam, constituere debebat. Verum cum varias ob causas *Tiguri* in Helvetia, uti prima pars, inprimi non posset, nec *Lipsiae*, bibliopola asseverante, iidem typi eademque charta obtineri non possent, ac interior libri oeconomia priori volu-

mini

mini omni ex parte non responderet, alium titulum praeponere satius duxi. Interea diversum titulum, secundae parti potius destinatum, eorum in gratiam adjeci, qui externam opusculi formam non tanti aestimant.

Ne autem prior *Observationum mycologicarum* pars absque altera sectione incompleta, ut ita dicam, relinquatur, etiam alteram partem, si ea desideretur, nec aliis rebus impediar, suo tempore typis evulgare haud negligam.

Dabam Goettingae Mense Aprili, 1799.

EXPLI-

EXPLICATIO ICONUM.

Tabula I.

Fig. 1. (a) repraesentat Sphaeriam *bulbosam* aetate juniore, clavula tunc tereti.

(b) eadem species adulta ramosa: ramis compressis, quorum unus longitudinaliter fissus, quo situs sphaerularum conspici possit.

(c) et (d) sistunt particulam clavulae lente auctam, una cum sphaerulis integris, aut dissectis.

Fig. 2. (a) Sphaeria *alutacea*, prima et media aetate intra folia et ramulos pineos proveniens delineata.

(b) Individuum valde maturum, colore fuscescens, qui alioquin dilute pallidus est.

(c) Clavulae pars mediocriter aucta, quo sphaerulae distinctius appareant, ex quarum ostiolis *gelatina* s. *latex* vermiculorum ad instar tempestate favente exprimitur.

Fig. 3. sistit Sphaeriam *carpophilam* in calyce indurato (pseudodrupa) Fagi sylvaticae crescentem (a. a. a.) hujus fungi statum juniorem designant, ubi *clavulae* villo ex olivaceo cinereo usque ad apicem fere sunt involutae.

(b) *Clavulae* maturae, *sphaerulis* turgidis tuberculosae, quae in:

(c) per

(c) per lentem pictae distinctius apparent.
(d) sistit eiusdem clavulae particulam in diametro perscissam.
(e) ostendit *thecas*, dum gelatina sub microscopio indagetur, et
(f) hujus speciei *sporulas* ad augmentum fortius pictas.

Tabula II.

Fig. 1. Cespes est Sphaeriae *digitatae* in statu maturo: clavulis tunc turgidis.
(a) hujus speciei *thecas* sistit, quae fusiformes sunt, ex quibus in
(b) *sporulae* sublunatae desumtae conspiciuntur.

Fig. 2. Est Sphaeriae polymorphae varietas *spathulata*
(a) adhuc integra.
(b) perpendiculariter secata, quo interior substantia, quae radiatim striata, nec non *sphaerularum* situs videri possunt.

Fig. 3. Sphaeria *militaris* in chrysalide *Phalaenae* cujusdam crescens.
(a) pars *clavulae* a facie exteriore et
(b) quoad structuram interiorem sub lente proposita.

Fig. 4. Varietas Sphaeriae polymorphae *mamillana*.

Fig. 5. Ejusdem speciei varietas *pistillaris*.
(a) sistit sub lente particulam clavulae, quae in
(b) interius repraesentata est.

Fig. 6. Sphaeria *digitata*, media aetate: clavulis attenuatis.

Tab.

Tabula III.

Fig. 1. Clavaria *spinulosa.*
(a) ad sinistram, ramus seorsim est adpositus.

Fig. 2. Clavaria *Muscicola* cum radice bulbosa lente aucta;
(a) ad dextram, magnitudinem ejus nativam eamque musco innascentem repraesentat.

Fig. 3. Est Clavaria *sanguinea.*

Fig. 4. Geoglossum *glabrum*; varietas *uliginosa*, clavula subdivisa, stipite distinctius squamoso et colore atro diversa.
(a) exhibet partem stipitis, quo squamulae melius conspici possint.

Fig. 5. Geoglossum *atropurpureum*, et *varietas* clavula divisa.

Tabula IV.

Fig. 1. Poria *nitida*, supra truncum effusa, magnitudine naturali.

Fig. 2. Aecidium *cornutum* in foliis *Sorbi aucupariae* habitans, magnitudine naturali, peridiis spiniformibus distinctum.

Fig. 3. Hujus speciei *cespitulus* lente auctus.

Fig. 4. Amanita *pusilla.*

Fig. 5. Idem fungus sectione perpendiculari ob interiorem structuram propositus.

Fig. 6. Peziza *crenata*, magnitudine naturali.

Fig. 7. Varietatem hujus speciei sistit: cupula uno latere incisa.

Fig. 8.

Fig. 8. Monilia *Penicillus*, quae in

Fig. 9. lente aucta est proposita.

Fig. 10. dubios illos Fungillos offert, quorum in antecedentis speciei descriptione mentio facta est.

Tabula V.

Fig. 1. Leotia *acicularis* quoad diversam aetatem magnitudine nativa delineata, quae in sequentibus figuris lente modice aucta est.
(a) statum juniorem sistit.
(b) adultum.
(c) *varietatem* ramosam.
(d) pileum ab inferiore parte conspectum.

Fig. 2. Sphaeria *ciliata.*

Fig. 3. eadem lente aucta.

Fig. 4. Leotia? *fimetaria.*

Fig. 5. Eadem lente aucta, scilicet
(a) juniores fungillos sistit, uniformes, conicos.
(b) adultos, pileo regulari instructos.
(c) duo exhibet individua, stipite brevi et pileo inaequali distincta.

Fig. 6. Peziza *confluens* ad terram proveniens.

Fig. 7. Eadem lente mediocriter aucta repraesentata.

Fig. 8. ostendit Agaricum *griseum.*

Fig. 9. Idem fungus resupinatim propositus.

Fig. 10. Sphaeria *populina.*

Fig 11. hujus speciei cespitulum exhibet: sphaerulis *stromati* impositis, quae ad *fig.* (a) seorsim

adhuc

adhuc integrae sunt delineatae, in (b) vero perpendiculariter dissectae.

Fig. 12. Agaricus *variabilis* est.
(b) a parte inferiore pictus.
(a) juvenilem statum indicat, ubi pileus integer, et stipes manifestus adest.

Tabula VI.

Fig. 1. Leotia *acicularis*, perpendiculariter dissecta, et per microscopium compositum spectata, quo *thecarum* situs conspici possit.

Fig. 2. Eaedem *thecae* magis auctae, sporulis ut plurimum 8 foetae, paraphysibusque cinctae.

Fig. 3. Onygena *equina*, vngulam equinam incolens.
(a) unum hujus fungi individuum lente auctum.
(b) Idem in diametro secatum.
(c) Ejusdem *sporulae* sub microscopio composito indagatae.

Fig. 4. Est Puccinia *Valantiae*.

Fig. 5. Puccinia *Anemones*, uti et antecedens, sub microscopio composito observata:

Fig. 6. (a) Stictis *pallida* ligno inmersa,
(b) Stictis *rufa*.

Fig. 7. Stictis *pallida* sub lente proposita; unum hujus specimen ad latus ligni perpendiculariter dissectum, ad interiorem structuram ostendendam.

Fig. 8. Stictis *rufa*, supra lignum eminens, lente aucta.

Fig. 9.

Fig. 9. Onygena? *decorticata.*
(a) lenta aucta, integra.
(b) in diametro dissecta.

Fig. 10. Aegerita? *Lichenoides*, cujus tubercula sub lente valde aucta sunt proposita, quae, magnitudine nativa, ut granulae modo apparent.

Obs. In hujus speciei descriptione dubitationem meam de genuino plantulae loco jam declaravi; et observationibus, nonnullos ante dies, institutis adductus sum ut credam, eam revera *Lichenis* cujusdam *gelatinosi* s. *tremellosi* speciem esse; nam in eadem fere regione reperi *Collematis* crustacei speciem, quoad tubercula rotunda, inmarginata, colore carnea, superficie inaequalia cum nostra convenientem, *crusta* vero manifesta, nigrescente - prasina, leproso - subfoliacea omnino diversam, quae forte verum maturitatis statum ambigui nostri fungilli designat.

BOLETUS.

Pileus manifestus, subtus tubulosus. *Tubi* connati.

* *Pileo dimidiato.*

1. Boletus fomontarius: *dimidiatus durus, pileo subtriquetro obsolete fasciato cinereo-fuligineo, poris primo albido-glaucis demum subferrugineis.*

Boletus *fomentarius*, acaulis pulvinatus inaequalis obtusus, poris teretibus aequalibus glaucis. *Linn. Fl. Suecica, p.* 453.

Boletus fomentarius *Sowerb. engl. fung. t.* 133.

Boletus *igniarius*, figura fere ungulae, equinae, superne fuscescens, subtus albidus. *Scop. Fl. carn. Ed.* 2. *v.* 2. *p.* 469.

Polyporus convexo-planus, durissimus, cinereus, inferne albidus. *Hall. Stirp.* 3. *p.* 42 *Helv. n.* 2288.

Agaricus porosus igniarius fagi, superne candicans, inferne fuscus. *Dill. Gieß. p.* 193. *Raji synops. Ed.* 3. *pag.* 24.

Hab. in sylvis densis et magnis ad caudices fagorum languescentium.

Descr. In statu adhuc juniore interne molliusculus, et forma subrotunda e caudicibus erumpit, totus cinereus: parte fructifera s. seminifera tunc fere sursum spectante.

Pileus dein horizontalis fit, e cinereo dilute fuscescens, glaberrimus, zonatus, convexus; aetate progrediente formam magis conicam acquirit, *fasciis* obsoletis, subprominentibus, inaequalibus instructus; hinc inde, praesertim adhuc junior, pustulis sphaeriaeformibus gaudet. Substantia demum dura, sicca, ferruginea.

Pori tenuissimi, aequales, primo materie albida quasi obtecti, dein grisei, tandem fere cinnamomei evadunt.

Obs. Haecce species, ubique fere crescens, nihilominus in tam paucis Floris recepta, verus est *Boletus fomentarius L.* Forte expressio s. verbum Linnaei; *glaucis*, plantarum scrutatores in errorem induxit, ut colorem viridem subintellexerint; verum b. *Linnaeum* pulverem illum album in prunis quoque obvium, hic subintellexisse, palam est.

2. **Boletus applanatus:** *dimidiatus dilatatus utrinque planiusculus rufescente cinereus, pileo tuberculoso-rugoso zonato, poris minutissimis primo albidis dein pileo concoloribus.*

Fungus arboreus maximus, fuscus subtus planus, superficie inaequali, et lineis semicircularibus notatus. *Doody in Raji synops. p.* 27.

Agaricus porosus igniarius Carpini *Dill. Cat. Gieß. p.* 193. Hab. ad truncos caesos fagineos.

Descr.

Descr. Mox ab initio horizontaliter crescit, nonnunquam imbricatus, plerumque vero solitarius invenitur.

Fungus adultus ultra spithamam latus, et a loco affixionis usque ad marginem 4-6 unc. latus, ut plurimum planiusculus est; sed tamen fasciis prominentibus versus basin altior fit, superficie inaequalis, rugosus, et, nescio unde fiat? jam in junioribus pulvere ferrugineo, an seminali? obtectus.

Pori, uti in antecedente, primo albidi, dein rufescunt, seu ferruginei evadunt; adhuc angustiores, quam in praecedente, rarius colore citrino sunt. Substantia interne stratificata, fusco-rufa.

Hujus speciei exemplar possideo, ubi pori a *Vespa* quadam laesi, formam singularem papillosam assumserunt.

3. Boletus Drijadeus: *mollior, pileo solitario latissimo subapplanato rugoso tuberculoso rufescente: fasciis zonisque nullis, poris pallidis.*

Boletus *pseudoigniarias*; coriaceus, glaber sessilis, dimidiatus; carne crassissima; tubis longissimis, carne concoloribus. *Bull. champ. p.* 356. *t.* 458?

Rarissime ad quercus vetustas eum inveni.

Ad latissimos pertinet, duas spithamas latus, 2 unc. vere crassus, superficie non fasciata, etiam substantia subfibrosa, et molliore ab antecedente distinctus.

Obs. Marginem guttulas stillantem observavi, hinc puto, *Bulliardi* speciem eandem cum nostra esse, quamvis crassior depicta, et ejus descriptio differat.

4. Boletus **ungulatus**: *subcylindricus altus cinereus nigrescens: fasciis prominentibus, inferne plano-depressus, poris ferrugineis.*

Boletus *ungulatus*, coriaceus sessilis, cortice ebeneo, carne ferruginea e stupacea sublignosa: tubis tenuissimis, aequalibus. *Bull. champ. p.* 357. *t.* 491. *f.* 2. *et t.* 401. *Schaeff. fung. t.* 137.

Boletus igniarius *Sowerb. engl. fung. t.* 131.

Boletus igniarius *Auctorum.*

Var. α. *salicina*, fasciis rotundatis.

Var. β. *quercina*, fasciis depressis: margine acuto.

Hab., praesertim α., satis frequens ad salices vetustas, aliasque arbores.

Descr. Pileus tres uncias ferme altus, 3-4 unc. latus, durissimus, externe cinereus: fasciis nonnullis impressis, nigrescentibus. *Substantia* ferruginea, pariter dura, et stratificata, quae secundum *Bulliardum l. c. p.* 359., eo fine quoque praeparari potest, uti in *Boleto fomentario* hoc usitatum est.

Pori plani et profundiores, quam margo pilei prominens, tenuissimi, et cinnamomei sunt.

Obs. An vera et constans species, a *Boleto fomentario* diversa? saltem lentius crescit et diutius durat, etiam major est.

5. Boletus **obtusus**: *crassus obtusus pileo primo globoso dein subhorizontali, basi cinereo, margine obtuso subtusque dilute cinnamomeo, poris convexis subinconspicuis.*

Bole-

Boletus *igniarius*, coriaceus, sessilis, dimidiatus, carne ferruginea, e suberoso subfuliginea, tubis brevissimis, aequalibus. *Bull. champ. p.* 361. *t.* 454. (Exclus. synonymis.)

Prov. ad Salices annosas.

Descr. Lente crescit, longeque durat, forma globosa e trunco prorumpit, colore argenteo-cinereus, opacus. Adultior fungus semicircularis, sex uncias latus, 3 unc. crassus, convexus, fasciis vix ullis distinctus, margine lato semunciali sordide diluteque ferrugineo et obtusissimo gaudet. Subtus plerumque convexus, substantia ligno durior.

Pori modo in vetustis fungis proveniunt, et tunc adhuc vix sub lente conspici possunt,

Obs. Sequens species modo hujus fungi varietas videtur, quae vero minor, magis regularis, et poros majores habet.

6. Boletus pomaceus: *dimidiatus parvus, pileo canescente, per marginem angulo recto prominente; poris planis manifestis ferrugineis.*

Hab. ad *Pyros*, praesertim vero ad caudices *Pruni domesticae*, aut *Cerasi* 2-3 unc. latus, $1\frac{1}{2}$ unc. crassus, substantia fibrosus, mollior rigidus, superficie subrimosus, opacus, e longinquo pulvere cinereo-incano quasi obtectus.

7. Boletus igniarius: *subtriqueter levis, epidermide rugulosa, pileo basi nigrescente, margine cinnabarino, subtus ochroleuco.*

Boletus ungulatus *var.* α. *Schaeff. Fung. bav. p.* 88. *t.* 137.

Boletus igniarius. *Linn. Fl. Suec. p.* 454. *Fl. Dan. t.* 953.

Hab.

Hab. praesertim ad pineos truncos. (In Hercynia frequens).

Forma cum *B. ungulato* convenit, parum modo minor, colore vero diversus, margine enim prominente rufo-cinnabarino, in junioribus ad dimidium pallescente, gaudet.

Pori majores, primo pallidi, dein subferruginei evadunt, superficie inaequales.

Obs. Hanc speciem verum LINNAEI *Boletum igniarium* esse, e speciminibus a cel. SCHWARZ benevole mihi communicatis, edoctus sum. Verum in *Flora Suecica stipitis* cujusdam mentio fit! Expressio *Aculei* loco, *Pori* a vitio scriptionis orta videtur.

In sylvis Sollingensibus ad truncos quercinos crescentem varietatem inveni, ubique planiusculam, et ad latitudinem ulnarem luxuriantem, quod exemplar possidet saltus praefectus in Equaria hannoverana *Neuenhof* dicta.

8. Boletus **marginatus**: *subimbricatus; pileo dimidiato duro colore uniformi rubescente - rufo, superficie rugulosa tuberculosa margine stillante, albido, poris pallidis.*

Boletus marginatus. *Disp. meth. fung. p.* 28. *var. α.*

Boletus ungulatus *var. β. Schaeff. Fung. bav. tab.* 137.

Boletus fulvus. *Schaeff. Fung. bav. v.* 4. *p.* 89. *t.* 262. (Male colore fucatus; aut varietas? quoad formam icon ceterum bona.)

Hab. ad caudices Fagi, et Pruni, et Pyri communis rarius.

Descr.

Descr. Nunc solitarie, ut plurimum vero imbricatim, crescit, 4-5 uncias latus, pro ratione vero angustus; superficie tuberculosus, ejusque epidermis pariter, uti in antecedente, sub lente rugosa. Color vero a basi s. loco affixionis, usque ad marginem unicolor rufus, hinc inde albicans. *Pileus* vero aetate juniore materie albicante ubique obductus, quae in adultis in margine remanet. *Pori* distincti primo albidi, aut citrini, dein sublutescunt.

Huic speciei hoc peculiare inest, quod in optimo vigore ad pilei marginem guttulae, sapore acidae, frequenter effluant, his vero exsiccatis lacunae in pilei margine oriuntur. Ceterum modo per unum annum durare videtur, cum interne strato haud interruptus est, quamvis exsiccatus durissimus evadat.

9. Boletus Pulvinus: *glaberrimus obtusus, pileo subdimidiato carnoso crasso molli spadiceo, poris secentibus minutis pallidis.*

Hab. rarissime ad truncos quercinos (in sylvis Sollingensibus.)

Descr. Inter maximos et crassissimos numerandus, eique hoc peculiare (in *Boletis dimidiatis* ceterum rarissimum), quod *tubi* facile a pilei substantia secedant.

Spithamam et 2 unc. latus, a basi ad marginem 6 unc. longus, 3 unc. fere crassus, margine sulcato-plicatus, ad tactum mollis, pulvinaris ad instar. Colore primo ochraceus, dein coriaceus, tandem spadiceus. Superficie laevis, s. non zonatus, nec rivulosus, et glaber. Substantia mollis, spongiosa, albida, lacerata vero parum rufescit, sapore subacida.

Tubi

Tubi dimidiam unciam longi, et, uti adnotatum, a pileo secedunt. *Pori* minutissimi.

Obs. Nonnulla ad completam hujus speciei historiam adhuc requiri, fateor, cum in eam nondum plane, uti videtur, maturam inciderim.

10. Boletus adustus: *dimidiatus imbricatus subtenuis pileo subcarnoso rugoso pallido: margine stricto nigrescente, poris minutis aequalibus cinereis.*

Boletus *adustus*, acaulis fuscescens, margine nigro, poris tenuissimis reticulatis *Willd. Fl. Berol. prodr. pag.* 638. *Schrader Spicil. Fl. germ. p.* 168.

Boletus *suberosus β.* conchiformis. *Batsch. Fl. fung. Cont.* 2. *p.* 122. *fig.* 127.

Hab. ad truncos vere, etiam hyeme leni, satis frequens.

Descr. Pileus 2 unc. et ultra latus, basi lutescens, ibi saepe lacunoso-rugosus, medio sordide pallidus, et marginem versus gradatim nigrescit, margine extimo iterum ex albido cinerescit, et sub eo albicans, opacus; ceterum fasciis obsoletis pictus, tomentoque tenui obtectus, substantia fibrosus, subsuberosus.

Pori ipsi parvi, regulares, primo argenteo-cinerei, demum obscuriores, nigrescente-umbrini fere.

11. Boletus crispus: *minor, pileo imbricato fuligineo-cinereo rugoso: margine undulato-crispo, nigrescente, poris inaequalibus majusculis argenteo-cinereis.*

Hab.

Hab. sero autumno raro ad truncos una cum antecedente, cui affinis, a quo vero diversus:

1. quod dimidio minor est,
2. ejusque pileus disco magis rugosus, et margine non stricte inflexus, sed undulato - crispus est.
3. *Pori* in nostra specie majores sunt, et inter se magnitudine differunt, nonnulli quasi laceri, qui vero non dentatim prominent, margine acuti.
4. Color in universum quidem cum priore idem, sed obscurior est, et subtus ad argenteum tendit.

** *Stipitati: poris a pileo facile secedentibus.*

12. **Boletus subtomentosus:** *mediocris, pileo carnoso convexo-plano subtomentoso gilvo s. carne subrubescente, poris majusculis irregularibus in stipitem subdecurrentibus, stipite subtenui medio rubicundo, aut unicolore lutescente.*

Boletus *subtomentosus*, stipitatus, pileo flavo, subtomentoso, poris subangulatis, fulvis, planis, stipite flavo. *Linn. Fl. Suecica p.* 453. *Fl. dan. t.* 1074.

Boletus *chrysenteron*, stipite subgracili, pileo fornicato, carne lutea, molliuscula, mutabili, tubis luteis, latis, longiusculis. *Bull. champ. p.* 328. *t.* 490. *f.* 3.

Boletus communis. *Bull. champ. t.* 393.

Boletus lividus *Bull. l. c. t.* 490. *f.* 2. (varietas?)

Polyporus carne secedente, petiolatus fulvus, inferne virescens. *Hall. stirp. helv. v.* 3. *p.* 145. *β.* capite eleganter reticulato fusco, lineis distincte luteis. *Hall. l. c.*

Bole-

Boletus gregarius. *Vahl. Fl. Dan. t.* 1018? (varietas?)

Hab. frequens in sylvis.

Hujus speciei sequentes observavi varietas, aut subspecies, quae vero omnes poris majusculis conveniunt.

α. B. *subbulbosus*: stipite subbulboso crassiusculo, toto pallido.

β. B. *conoides*: pileo tesselato-rimoso, exsiccato toto nigro indurato.

Boletus *parasiticus*, stipite basi attenuato, pileo fuligineo-fuscente, primum integro, demum profunde rimoso: tubis aureis. *Bull. champ. p.* 317?

γ. B. *cupreus*: pileo planiusculo cinnabarino, poris convexulis ad tactum caerulescentibus flavis, stipite flavescente-rubro subtenui. — Boletus cupreus *Schaeff. fung. t.* 133.

δ. B. *rubiginosus*: pileo *glabro*, rubiginoso, seu aeneo, exsiccato olivaceo, poris magnis flavescentibus, stipite subtuberoso striato medio rubicundo.

ε. B. *murinus*: pileo subvilloso olivaceo-cinereo poris submediocribus concoloribus, stipite longiusculo tereti glabro aut subtomentoso pileo subconcolore.

ζ. B. *crassipes*, stipite ventricoso.

Boletus *crassipes*, caulescens, subsolitarius, carnosus, pileo convexo aurantio, tuberculis fulvis adsperso, primum globoso, attracto, demum planiusculo; tubulis angulosis ampliusculis secedontibus luteo-virescentibulis, petiolo tereti, ventricoso, luseolo, *Schaeff. fung. bav. v.* 4. *p.* 80. *t.* 112.

Obs.

Obs. Poris majusculis, virescente-flavis, stipite pro ratione tenui rigido, nec non pileo ad tactum molli, subtomentoso, facile dignoscitur.

Substantia interna nunc immutabilis, nunc ad tactum caerulescens, ut plurimum rubescens, aut modo versus epidermidem pilei rubra fit. *Stipes* $2\frac{1}{2}$ unc. longus, utplurimum 3 lin. crassus. *Pileus* 3 unc. latus, epidermide saepius tessellatim rimosa. *Tubi* $\frac{1}{2}$ unc. longi.

Varietas ζ a b. *Schaeffero* observata non constans est, sed crescendi luxurie, uti videtur, orta.

13. Boletus vitellinus: *pileo convexo subalutaceo carnoso: substantia compacta, tubis brevibus porisque minutis vitellinis, stipite subtuberoso: apice reticulato flavo; medio rubro maculato duriusculo.*

Hab. rarius in faginetis.

Descr. *Stipes* 3 unc. longus, basi incrassatus, ibi $1\frac{1}{2}$ unc., apice vero modo unam unc. crassus. *Substantia* dura elastica, vix in caeruleum colorem mutabilis.

Tubi 2 lin. longi, cum poris eleganter flavi, parum caerulescunt. *Pileus* $2\frac{1}{2}$ unc. latus, 4 lin. crassus, compactus, ad aëris contactum parum caerulescit, sapore demum acescens.

14. Boletus Leucopodius: *stipitatus, pulvinatus, pileo planiusculo dilute cinnamomeo nitido, poris parvis albis stipite longo subflexuoso candido: squamulis verruciformibus concoloribus.*

Hab.

Hab. aestatis fine in faginetis.

Descr. *Stipes* spithamam et ultra longus, $1\frac{1}{2}$ unc. crassus, sursum subattenuatus, hinc inde sulcatus, rugosus, squamulis rugosis, minutis undique obsitus, quae hac in specie pariter albae sunt.

Tubi unc. 1. fere longi, in fungi medio longiores, hinc pileus subtus subconvexus, ad aëris contactum parum decolorant.

Pori magnitudine subaequales, rotundi, parvi.

Pileus sex uncias fere latus, primo ovatus, tunc convexus, demum planiusculus, unc. 1. crassus, ejusque epidermis in margine ad lineam unam prominet, et non inflexus, sed, pileo nondum expanso, stipitem circumdat.

Substantia interna sapore acido, et fricata parum caerulescit.

15. Boletus **aurantiacus**: *pileo carnoso nitido subaurantiaco, poris minutis candidis, stipite longo albo: squamulis verrucaeformibus aurantiis.*

Boletus *aurantiacus*, stipite scobinaceo, pileo aurantiaco-miniato, concamerato: tubis niveis, longiusculis. *Bull. champ. p.* 320. *t.* 236.

Obs. In plurimis notis cum antecedente convenit, parum modo minor, et stipes praesertim brevior, in quo verrucae pileo concolores, nec albidae sunt. Adhuc ut peculiare adnotandum, quod margo pilei membranaceus inflexus est, porosque annuli ad instar, in juventute praecipue obtegit.

16. Bo-

16. Boletus **rufus**: *pileo dilatato convexo-plano lateritio-rufo rivuloso, poris albidis minutis, stipite longo rugoso-lacero: squamulis e lateritio nigrescentibus.*

Boletus rufus. *Schaeff. fung. bav. t.* 108.

Boletus aurantiacus. *Sowerby engl. fung. t.* 110.

Boletus aurantiacus. *Bull. champ. t.* 489. *f.* 2.

Hab. autumno frequens in sylvis fagineis, et quercinis, aut ad earum margines, inque viis sylvaticis graminosis.

Descr. Pileus nonnunquam ad latitudinem, nec non crassitudinem insignem protuberat, ejusque epidermis tessellatim rimosa et rugosa. *Stipes* subattenuatus; 4-6 unc. longus, unc. 1. crassus, squamulis demum nigricantibus strigosus, compactus, sapore dulcescit, fractus intus subviolaceus fit. *Tubi* unc. 1. fere longi, aut ubique plani, aut circa stipitem brevissimi: pileo hinc excavato. *Substantia* mediocriter virescit et rubescit, sapore acescens.

17. Boletus **scaber**: *pileo subrugoso opaco fuligineo-cinereo, poris pallescente-albis, circa stipitem excavatis, stipite attenuato: squamulis nigrescentibus.*

Boletus *scaber*, stipite gracili, hamulis exasperato; pileo fornicato; carne alba: tubis longissimis. *Bull. champ. p.* 329. *t.* 132. et *t.* 489. *fig.* 1.

β. Boletus scaber. *Sowerby engl. fung. t.* 175.

Boletus bovinus *Schaeff. fung. bav. t.* 104.

Autumno frequens in faginetis occurrit; habitu lurido sese mox distinguit.

Descr.

Descr. Stipes basi subtuberosus, sursum attenuatus, saepe flexuosus et subincurvatus, longitudinaliter sulcatus, et ob squamulas minutissimas, nigrescente-cinereas e longinquo cinereus apparet, in fungo decrepito fere nigrescit, 4 unc. longus, unc. 1. crassus, sursum attenuatus.

Pori stipitis apici solummodo affixi, quo fungus subtus circa stipitem excavatus est, cinereo-albi sunt, demum pallescunt, tandem colorem cinamoenum accipiunt.

Pileus 2½ unc. latus, semper convexus, imo et campanulatus, rugosus, subviscosus, colore opacus, e dilute olivaceo fuligineus; substantia interna spongiosa, rubescit, sapore demum subnauseosa.

Obs. Quatuor hasce species (quarum vero tres anteriores forte modo ut varietates, aut subspecies, considerandae sunt) *Linnaeus* sub una comprehendit, et in *Flora Suecica,* nec non *Speciebus plantarum,* sequente nomine triviali, nec non differentia specifica eas distinxit:

Boletus *caulescens*, pileo luteo, poris teretibus distinctis, lividis, stipite lacero. *Fl. suec. ed.* 1. *nr.* 1089.

Boletus *viscidus*, stipitatus, pileo pulvinato viscido, poris teretibus, convexis immersis distinctis, stipite lacero *Spec. pl.* 1177. *Fl. suec. Ed.* 2. *p.* 452. (cum brevi descriptione).

18. Poria Radula: *pallescente - alba subtomentosa poris acutis prominulis aspera.*

Hab. ad ramos exsiccatos.

Totus fungus 3-4 unc. longus, unc. 1 et ultra latus, tenuis, suberosus, ubique prorsus, et tomento tenui obtec-

tectus. *Pori* arcte se attingunt, margine acuto prominent, ad tactum radulae ad instar asperi.

Obs. Huic speciei solenne est, quod in ramo exsiccato: de quo autumno antecedente cultello eam abscidi, ex paucis modo partibus reciduis eodem in ligni loco, sequente anno, aut adhuc eodem in autumno, sese regeneravit, et ut novum fungum priori similem sese restituit, quod per duos annos observavi.

19. Poria nitida: *incarnato-flavescens nitida, margine sublobato albidiore.* Tab. 4. fig. 1.

Hab. ad truncos, et ramos exsiccatos.

Tres et quatuor uncias effusa est, unc. 1 lata, margine excisa, substantia tenuis, sicca, colore grata, nitens. *Pori* minutissimi, rotundati, aut oblongi.

20. Poria epiphylla: *tenuissima alba margine lato membranaceo sterili poris inaequalibus acutis.*

Hab. rarissime in foliis deciduis, locis suffocatis.

Obs. Uti antecedens species sese colore, in pluribus hujus generis speciebus ceteroquin albido, distinguit, sic haec loco natali facile dignosci potest, nisi rationem quoque habeas substantiae, quae papyracea est. et quam ob rem margo ut plurimum poris destitutus est.

21. Poria? cephalotes: *subterranea magna subrotunda lacunosa subtuberculosa albida-cinerea, poris rarioribus.*

β. minor tuberculosa, nigrescente-spadicea.

Hab.

Hab. in fodinis hercynicis.

Descr. Var. α spithamam et ultra, lata, 4-6 unc. crassa, subrotunda, forma in universum indeterminata, tuberculoso-rugosa, et ubique vero lacunis s. foraminibus, a pilei partibus mollioribus antea subhumidis, quae in exsiccato fungo inlabuntur, ortis uti videtur, distincta.

Substantia carnoso-suberosa, pro magnitudine fungi valde laevis.

Pori modo (uti in plurimis speciebus subterraneis hoc obtinet) in vetustis et tunc in una alterave parte proveniunt, nec non superficiales sunt.

Var. β. colore quidem et parvitate differt, vix enim 3 unc. lata, et $\frac{1}{2}$ alta est, nihilominus ulteriori examini subjici debet.

22. Odontia crustosa: *effusa crustaeformis albida subfarinacea glabra: subulis minutis obtusis.*

Hab. rarius ad salicis truncos vetustos, ubi unc. 1-2. effusa *Lichenum* crustae e longinquo subsimilis. *Subulae* oculo inermi haud distinctae, papillaeformes fere, pallescunt.

23. Odontia Cerasi: *parva inaequalis gibbosa pallida, margine tomentosa, subulis variis crassiusculis adpressis.*

Hab. ad truncos et ramos Pruni avium et Cerasi languescentes.

Descr. Inter minores quoad ambitum numeranda. Quoad formam convexa, ut plurimum orbicularis, etiam ellip-

tica.

tica est. *Subulae*, pro fungi parvitate, satis magnae, minoribus majoribus intermixtae, inter se distant, et deorsum spectant: minores acutae, majores obtusae; nonnullae fissae, quae medium occupant locum poros difformes proponunt.

24. Odontia **quercina**: *pallida subrufescens glabra, subulis crassis difformibus incisis subadpressis.*

Hydnum candidum, *Willd. in Bot. mag.* 4. *p.* 14. *f.* 7.

Hydnum *membranaceum*, coriaceum, sessile, tenue, subfulvo-lateritium, ligno tota superficie superiore adnascens; aculeis brevibus, crassis. *Bull. champ. p.* 302. *t.* 481. *f.* 1. (Hujus quoque loci est.)

Hab. ad ramos exsiccatos quercinos.

Descr. Color hujus speciei primum ex albido pallescit, in exsiccato fungo rufescit, ubi superficies tunc pruinata fit, Longitudo triuncialis est; latitudo fere inaequalis. *Substantia* ramis ubique adnata, coriacea, demum rimosa. In medio fungi junioris etiam in margine, *pori* laceri conspiciuntur, qui vero in adultis in dentes distinctos demum aceunt; hi basi lata gaudent, et apice bis terque et ultra divisi sunt.

Obs. Haec et antecedens species *Porias* inter et *Odontias* medium tenent locum. Priori enim generi aetate juniori affines sunt; et ad posterius ob dentes manifestos, qui vero nequaquam subulas veras repraesentant, melius referendae, quamvis, nisi absentia pilei et habitus talium fungorum effusorum prohibeat, potius sub genere: *Sistotrema*, fungos inter *Hydna* et *Boletos* medios continente militare debeant; *conf. Disp. meth. fung. p.* 28.

 25. Cor-

25. Corticium **strigosum**: *irregulare bubescens rugosum pallidum.*

Prov. passim ad Salices.

An hujus generis? superficies enim epapillosa, et forte ob muscos subjacentes strigose rupta, ubique etiam pubescens observatur; semunciam ad duas uncias magna est haecce species.

26. Corticium **viscosum**: *late effusum totum glabrum viscosum, papillis majusculis sparsis.*

Hab. sero autumno et fere hyemis initio ad truncos putridos super quos ad latitudinem fere spithameam effusum. Substantia, praesertim ad tactum, viscosum est; ligno ubique adpressum, margine glabrum. *Papillae* paucae observantur, et nonnullae a superficie trunci rugosa ortae videntur. Fungus exsiccatus valde diminuitur, et sordide fuscescit.

27. Corticium (Tomentella) **ferrugineum**: *suborbiculare latum tomentosum ferrugineum.*

β. pulverulentum: laxius contextum; pulverulentum.

Hab. intra fissuras truncorum.

Varietas prima tres quatuorve uncias lata est, margine demum lutescens, superficie subrugulosa; *Var. β.* $1\frac{1}{2}$ unc. lata, filis rarioribus intertexta, colore dilutiore, et pulvere distincto obsitum.

Obs. E longinquo *Odontiae* *ferrugineae. Disp. melth. fung. p.* 30. exacte simile est.

28. Cor-

28. Corticium (Tomentella) **chalibaeum**: *tomentosum e chalibaeo demum olivaceo-cinereum, papillis congestis.*

Rarissime ad truncos observatur, sub quorum cortices latet, latitudine antecedentem adaequat, sed crassius est et *papillis*, quae parvae, copiosioribus obsitum. Ad tactum mollissimum. Colore demum fuligineum.

29. Racodium? **aeruginosum**: *tenue byssinum subevanescens amoene viride.*

Intra fissuras et sub cortice ramorum provenit elegans haecce species; quae tamen exsiccata subnigrescit et minor fit. Recens tres unc. fere lata, superficie laevissima, substantia tenuissima.

30. Helvella **leucophaea**: *pileo libero ex albo pallescente subtus obscuriore stipite crasso costaso-lacunoso basi ventricoso.*

Boletus leucophaeus. *Batav. fung. armen. p.* 25. *t.* 3. *f.* 13.

Helvella pallida. *Schaeff. Fung. bav. Vol.*4. *p.* 112. *t.* 285.

Helvella Mitra. *Var.* 1. albida. *Bull. champ. p.* 466.

Helvella Mitra. *Sowerby. engl. Fung. t.* 39.

Hab. passim in sylvis autumno.

Descr. Stipes longitudine varius, 2-4 unc. et ultra longus: semunciam ad 2 unc. crassus, apice attenuatus, basi ventricosus, canaliculatus, colore candidus.

Pileus inflato - difformis, rugosus, *stipitis* haud adnatus, inprimis subtus rugulosus, medio emarginatus, primo albidus, dein, praesertim exsiccatus, e pallido lutescens fit.

Obs. Pileo stipiti non adnato ab *Helvella Mitra*, quae colore insuper nigrescit, diversa.

31. Helvella acaulis: *acaulis undulata effusa spadicea subtus fibrillosa pallida.*

Hab. mense Julii in Ericetis hercynicis.

Habitu plus minusve *Sph. deustae* est. Forma varia undulata, hinc convexa, inde plana, superficie sublaevis, brunnea: margine albicans, in statu vetustiori nigrescens, subtus mollis, pallida, 2-3 unc. lata, 2 lin. crassa; *substantia* carnosa, fragilis; *sapore* inamoena, fungosa. *Stipes* distinctus analogus non adest, sed ejus loco in fungi inferioris parte ubique fibrillae nunc crassiusculae, teretes inveniuntur; plerumque vero villo quodam terrae adhaeret, per quem nutrimentum accipit, haecce Species.

Obs. Hujus loci Elvela inflata *Schaeff. fung. bav. v.* 2. *t.* 153. sed plures illos petiolos, quorum in descriptione et icone, mentio facta est, in meis exemplaribus, saltem tam distinctos huc usque nondum vidi.

32. Leotia acicularis: *minuta gregaria candida, pileolo primum subcavato dein convexo, hemisphaerico.*

Tab. V. fig. 1. a. b. c. et Tab. VI. fig. 1. et 2.

Helvella agariciformis *Sowerb. engl. fung. t.* 67.

Hactenus solummodo ad truncos quercinos putrescentes autumno inveni.

Descr.

Descr. Stipes 5 lin. longus, $\frac{1}{2}$-$\frac{3}{4}$ lin. crassus, basi villo albido trunco adhaerens, intus solidus, apice in nonnullis semel divisus, subattenuatus.

Pileolus in junioribus, quod modo in nonnullis ejusdem acervuli observare licet, cupulaeformis excavatus, deinde convexo-hemisphaericus, glaber, carnosus, lin. 1. magnus, opacus, pruinatus. Quoad partes fructigeras *Pezizis* et *Helvellis* similis est haecce species; thecas enim habet *octo sporulas* refertas, *paraphysibusque* cinctas (Tab. VI. fig. 1.). Color ut plurimum albus, in diversis speciminibus vero cinerescit et subolivaceus fit; quam coloris mutationem *Leotia lubrica* saepe quoque subit.

Obs. An jure hoc ad genus relata est? *Pezizas* inter et *Leotias* medium tenet locum. Helvella *acicularis Bull. champ. p.* 296. *t.* 473. *f.* 1. ob pileum membranaceum revera *Helotii* species est, quamvis primo intuitu nostro fungo haud absimili sit.

33. Leotia? fimetaria: *gregaria amoene rubra, pileolo convexo subangulatoque plano.* Tab. V. fig. 4. et 5.

Rarior ambiguus hic fungillus occurrit in fimeto vaccino, autumno, *Substanstia* parum sicca et diu inmutabilis asservari potest haecce species. In juventute formam habet homogoneam subconicam; deinde pileolo est instructa forma vario: nunc convexo-hemisphaerico, nunc planiusculo et subquadrangulari.

34. Aegerita? Lichenoides: *crusta pulverulenta tenuissima albicans: granulis dilute incarnatis grumosis.* Tab. VI. fig. 10. (lente valde aucta).

Hab.

Hab. primo vere ad terram inter muscos.

Ob crustam, quae vero parca est, ad plantas *Lichenoideas* pertinere videtur, sed granula magnitudine plantulae naturali tertiam lineae partem modo adaequantia, natura sunt fungoidea, carnosa, superficie tuberculosa s. saccharinae.

Obs. Tremella *cinnabarina*, minima, subgelatinoso-carnea, bullata, miniaceo-purpurea; superficie granulosa *Bull. champ p.* 218. *t.* 455. *f.* 2. ob substantiam et colorem diversa, quamvis melius ad *Aegeritas*, quam ad *Tremellas* referri debeat.

35. Aecidium cornutum: *aurantium, peridiis griseis longissimis curvatis.* Tab. IV. fig. 23.

Aecidium *cornutum*, flavum, thecis longissimis subarcuatis alivaceo-griseis. In *Gmel. Syst. nat. Linn. II. p.* 1472.

Lycoperdon *corniferum*, tuberculo flavo: tubulis curvatis, integris. *Fl. dan. t.* 838.

Hab. autumno in foliis *Sorbi Aucupariae.*

Tuberculum rufo-flavum, 2-3 lin. latum, primo laeve, e quo deinde prominent peridia huic speciei longissima, basi latiora, subdivergentia, grisea, seu ex dilute olivaceo-cinerea, apice inaequaliter rupta. *Pulvis* concolor.

36. Aecidium Ranunculi acris: *macula nulla, cespitulo forma vario, peridiis confertis tenuibus flavescentibus.*

Hab. interdum in foliis *Ranunculi acris* et ut plurimum ad eorum nervos; colore opacum, flavum; unam ad

tres,

tres, lineas longum; nunc oblongum, utrinque subattenuatum; nunc inaequaliter rotundum. *Peridia* sibi dense approximata, tenuia, hinc subcompressa, apice in dentes latiusculos, revolutos, fissa.

37. Aecidium Ficariae: *cespitulo vario inaequali crassiusculo laete flavo, peridiis subdistantibus.*

Prov. vere non infrequens in petiolis et in foliis *Ranunc. Ficariae.*

Pro diverso loco forma varium; $1\frac{1}{2}$ - 3 lin. latum, colore aureum.

Peridia cylindrica, non valde prominent, ore integerrimo instructa.

U R E D O.

Peridium nullum. *Pulvis* sub plantarum epidermide effusus, hac margine integro rupta, vario modo erumpens. *Sporulae* uniformes.

38. Uredo Euphorbiae Cyparissiae: *conferta-orbicularis: ore subconnivente, pulvere obscure fusco nigrescente.*

Aecidium *scutellatum*, sparsum albidum, seminibus fuscis in *Gmel. Syst. Nat. Linn. p.* 1473.

Lycoperdon scutellatum. *Schrank. Fl. bav.* 2. *p.* 631.

Hab. in foliis languescentibus *Euphorb. Cypariss.* Uti mihi videtur, talia hujus Euphorbiae specimina longioribus, sed angustioribus instructa sunt foliis. *Pulvis* seminalis amoene fuscus, atropurpureus fere, et in cespitulum tam distincte rotundatum ac epidermidi foliorum ita arcte inclusus hac in specie observatur, ut

quis-

quisque primo intuitu seduci possit, ad huncce fungillum pro *Aecidii* generis speciem putandum.

39. Uredo Rubi Idaei: *sparsa fluva subconica, folii epidermide gyrose rupta.*

Prov. ad foliorum *Rubi Idaei* paginam *superiorem*, que a plurimis differt speciebus; sed in ea adhuc hoc peculiare observatur, quod foliorum epidermidis ruptae margines, uti in *Umbilicariarum* gyromatibus hoc locum habet, plus minusve contorti sunt.

40. Uredo suaveolens: *confluens odora inaequalis, pulvere dilute fusco-purpureo.*

Hab. frequens aestate io *Serratulae arvensis* L., tunc sterilis, foliis.

Descr. Talia folia primum quasi pinguia apparent, et punctulis nigrescentibus, quae, sub lente ut tubercula rotunda apparent, variegata, hunc ob fungillum languescentia, et nescio qua ratione, gratum spargunt odorem. Sub fungi maturitatem loco tuberculorum pulvis observatur laete fuscus et ad foliorum superficiem ubique effusus.

PUCCINIA.

Peridium nullum. *Sporulae*? conglomeratae, e tereti subturbinatae caudatae, *septulis* distinctae.

41. Puccinia Anemones: *detergibilis subglobosa badia, sporulis utrinque rotundatis uno septulo medio constrictis.* Tab. VI. fig. 5.

Aeci-

Aecidium fuscum. *Relh. fl. cantabrig. nr.* 1199. *Sowerby engl. fungi t.* 53. (exclusis synonymis).

Hab. vere in fol. *Anemones nemorosae*, quorum margines, ut plurimum in seriem 1 - 3 cespitulorum digesta, occupat, in formam globosam ultra folii superficiem prominet. *Uredinis* ad instar ad tactum digitos inquinat. *Pulvis* colore obscure badius, nulli *Peridio* inclusus, quod nihilominus ad icones cl. *Sowerbei* quisque conjiceret. *Aecidium Anemones* (Disp. menth. fung. p. 56.) s. *Lycoperdon Anemones* Pulteney e contrario gaudet peridio s. capsula, cujus margo aut levis, aut dentatus est.

42. Puccinia Valantiae: *sparsa nigrescente spadicea, sporulis fusiformibus s. oblongo-ovatus.* Tab. VI. fig. 4.

Hab. in *Valantiae cruciatae* foliis, autumno. *Acervuli* parvi, globosi. *Sporulae* in caudam crassam confluunt, septulo unico distinctae.

43. Silerotium populneum: *epiphyllum congestum subimmersum varium e carneo-rufum, demum nigrescens.*

Prov. autumno et hyeme in foliis deciduis exsiccatis *Populi nigrae*, aversa in eorum pagina, hinc verrucosa squamulosa.

Descr. Totam foliorum superficiem fere occupant hi fungilli, iisque ad dimidium immersi arcte adhaerent, subdepressi, forma varii: subrotundi, hemisphaerici subreniformes; $\frac{1}{2}$ lin. lati. Plura specimina quoque secum confluunt. Substantia

tia carnosi, duriusculi, dimidiam lineam vix lati; exsiccati nigri apparent, aqua irrigata e carneo rufescunt,

Obs. Quamvis de hujus fungilli loco anceps parum adhuc haeream, melius tamen, uti mihi videtur, *Sclerotiis,* quam ulli alii generi adnumerandus sit. In nonnullis individuis vidi superficiem ostiolis s. foraminulis ore fibrilloso instructam; alia specimina e contrario tempore vernali observavi tomentulo fulvo obtecta.

44. Lycogala miniata: *gregaria globosa primum miniata, deinde fuscente - fuliginea, pulvere roseo.*

Lycogala miniata. *Disp, meth. fung. p.* 7.

Lycoperdon *epidendrum* cortice farinaque purpurea. *Linn. Fl. Suec. ed.* 2. *p.* 459. *Fl. dan. t.* 760. *Sowerb. engl. fung. t.* 52.

Lycoperdon *epidendrum*, parasiticum, sessile, globosum purpureum, cortice fatiscente, brunescente; polline seminali lilaceo *v. Wulf in Iacq. coll. aust. tom.* 1. *p.* 348.

Lycoperdon *pisiforme*, globosum scabrum; ore perforato. *Linn. Syst. veg. ed.* 15. *p.* 1020. *Iacq. misc. austr.* 1. *t.* 7.

Lycoperdon *epidendron*, exiguum, subglobosum, carne sanguinea; seminibus cinereo-rufidis: pericarpio friabili. *Bull. champ. p.* 143. *t.* 503.

Tremella *nigricans*, carnosa, crassiuscula, irregulariter bullato-complanata, primum coccinea; deinde nigra. *Bull. l. c. p.* 217. *t.* 455. *f.* 1.

Lycoperdon *epidendrum Bolt. funguss.* *t.* 119. *f.* 1. (Figura naturae incongrua; massa enim seminalis nunquam seapse tali modo propellitur.)

Lyco-

Lycoperdon *epidendrum*, miniatum pulverem fundens *Buxb. enum. Pl. circa Halam nasc. p.* 203.

Galependrum *epidendrum* (fungus junior gelatinosus; adultus pulverulentus, membrana apice non dehiscente tectus) *Wigg. prim. fl. hols. p.* 108-109.

Bovista miniata, pisi majoris maguitudine. *Dill. Giess. p.* 197.

Lycogala globosum, grani pisi magnitudine, aëris recocti colore. *Mich. N. Gen. pl. p.* 216. *t.* 95. (a plerisque ad *Sphaeriam fragiformem* perperam allegatur.)

Muscor fragiformis. *Schaeff. fung. t.*193.

Lycoperdon *sphaericum*, sessile; ore in apice vel integro vel inaequali et radiato *Gleditsch meth. fung. p.* 150? (quoad synonyma.)

Mucor sphaericus, sessilis, conglomeratus, fructificationes in liquamine continens. *Gled. l. c. p.* 161. (Plura exempla adhuc adducere possum, e quibus elucebit, beat. *Gleditschium*, ceterum de re botanica, praesertim de Oeconomia bene meritum, magnam sui libelli partem e *Michelio*, non ex autopsia, conscripsisse.)

Hab. augusto mense satis frequens ad truncos putridos, ubi colore amoene rubro, cum nondum matura sit, oculos allicit; deinde opaca et sordide fuscescens evadit: pulvere copioso interne remanente roseo, qui duabus cinctus est membranis, quarum prior ut epidermis tantum laxa, nec rigida crassiuscula, uti in Didermatibus, haberi potest, cum in juniore fungo solum detrahi possit, Granulis porro minutis, sparsis est obsita, hinc *Lycoperdon*

pis-

pisiforme L., etiam quoad specimina a *Schwarzio* mihi missa non specie differre videtur.

Obs. Quando aestate pluviosa justo maturius appareat, et radiis solaribus *ex gr.* in *Salicibus* cavis nimis exposita ob calorem prohibita sit, quo minus plane maturescat, tunc exsiccatur et indurata nigrescit, hoc in statu uti mihi videtur, *Tremellam nigricantem* *Bulliardi* sistit.

Ceterum b. *Bulliardus* sequentes adhuc observavit varietates, quae forte diversa tantum maturitatis stadia indicant.

Var. 1. Lycop. epidendron, *aurantium*, laeve. *Tab.* 503. *fig.* 1. *a. B.*

Var. 2. *L.* epidendron, *miniaceum*, basi nigricante: superficie sublaevigata. *Fig.* 11. *c. D.*

Var. 3. L. epidendron *fuligineum*, superficie granulosa. *fig.* 4. *h. i.*

Var. 4. L. epidendron *rufidum*, superficie vesiculis inaequalibus conspersa. *fig.* 3. *e.*

Var. 5. L. epidendron *plumbeum*, superficie sublaevigata. *fig.* 5. *K. L. M. N.*

T U B U L I N A.

Peridia tubuliformia, in cespitulum subconnata, membranae utplurimum imposita. *Pulvis* nudus.

45. Tubulina fallax: *opaca subumbrina, tubulis apice in corticem uniformem connatis.*

Hab. rarissime ad truncos.

Obs.

Obs. Singularis haecce species primo intuitu initium cujusdam alius fungi speciei: v. c. *Boleti*, aut *Sphaeriam* quandam mentitur; rupta vero *tubulos* pulvere refertos ostendit. Forma irregulari est; nunc subrotunda, nunc elongata, flexuosa, $\frac{1}{2}$ — 1 unc. longa. Quo vero colore aetate juniore induta sit, nescio, cum eam jam maturam invenerim.

46. Tubulina fragiformis: *primum rubra, deinde ferruginea, tubulis subincrassatis apice distinctis.*

Stemonitis ferruginosa. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 263. *t.* 175.

Trichia fragiformis. *Withering bot. Arrang. t.* 3. *p.* 480. (excluso citato: Lycop. vesparium Batsch.)

Mucor *tubulosus*, hemisphaericus, ex tubulis congestis. *Retzii Fl. scand. p.* 259.

Licea Tubulina *Schrader N. gen. pl. p.*16. (exclusis nonnullis synonymis.)

Hab. aestate post pluvias ad truncos frequens.

Tres lineas ad unc. 1. lata; priore in casu orbicularis, posteriore forma inaequali. *Substantia* primum mollis, carnosa, et tunc colore eleganter rubro, fragi-simile, maturescendo in sordide ferrugineum, opacum transit; pulvere concolore tota repleta.

Obs. De sequentibus affinibus fungillis in dubio ad huc versor, utrum revera sint species, notis constantibus diversae, an modo varietates aetate et loco discrepantes. Ulteriori examini ut subjici possint, eas hic ut varietates aut subspecies enumerari, non abs re duco.

α. T. *papillata*: majuscula subeffusa ferruginea tubulis apice papillatis.

Hab. passim in sylvis ad truncos, omnibus in partibus cum T. *fragiformi* convenit; peridia modo papillam subteretem, sphaerulis similem, exseriunt.

β. T. *clavata*: primum rubra, basi nigrescens, deinde ferruginea, tubulis liberis clavatis.

Sphaerocarpus *fragiformis*, sessilis, pericarpiis cylindraceis, clavatis; prima aetate roseis, dein subfusco-ferrugineis. *Bull. champ. p.* 141. *t.* 384.

Licea *clavata*, peridiis clavatis connatis fusco ferrugineis. *Schrad. N. Gen. pl. p.* 18.

Pariter ad truncos observatur. Meo judicio non differre videtur a T. *fragiformi*, quocum descriptio *Bulliardi* convenit; verum quoad iconem peridia curvata sunt et secum non cohaerentia, sed ab invicem distantia, nisi ex improviso ita delineata sint.

γ. T. *conica*: ferruginea, tubulis ultra dimidium cohaerentibus conicis: apicibus primo albidis, dein concoloribus.

Sphaerocarpus *cylindricus*, sessilis; pericarpiis cylindraceo-elongatis, ferrugineis, apice acuminatis; prima aetate niveis. *Bull. l. c. p.* 140. *t.* 470. *f.* 3. *T.* 2.

Obs. Schraderus (l. c.) hanc speciem pro eadem agnoscit, quae a plurimis auctoribus descripta est et enumerata, quorum catalogum recensuit; verum b. *Bulliard* nihil perhibet de fungillo, an prima aetate ruber sit, quod tamen de antecedente, quem in *Gallia* vulgarem dicit, affirmat. *Tubuli* quoque attenuati sunt, apice liberi et ibi in statu juniore albidi, quod vero de T. *fragiformi* non valet.

δ. T.

δ. T. *coccinea*: suborbicularis convexa carnoso-ceracea coccinea. *Roth. Catalecta bot.* 1. *p.* 243.

In Salice cava lecta.

Obs. 1. Secundum sequentia auctoris verba, siccatus coccineus remanet, nec niger, aut ferrugineus, evadit hicce fungillus. *Tubuli* carnosi, omnes quidem connexi, cultelli tamen ope, absque singulorum destructione, separabiles, apice obtusi et liberi, nitentes, rore aucti, ita ut tota fungi superficies rore coccineo madefacta esse videatnr.

Cel. *Schrader* e contrario affirmat, se ex speciminibus a *Threntepohlio* acceptis edoctum esse, *Tubulinam coccineam* modo T. *fragiformis* juvenilem statum efficere.

Obs. 2. Adnotare adhuc non possum non, mihi semel in *Hercynia* fungillum obvium fuisse, qui omnino hujus generis, sed diversa species, esse videtur; *tubuli* enim oblongo-rotundati, et toti albi, molles, fluxiles fere, quod statum immaturum indicaret, eumque maturescendo omnino majorem consistentiam, aliumque, aliis *Trichiis* analogum, colorem accepturum esse.

Obs. 3. *Sowerby* in novissimo suo, ac eleganti opere: *Coloured figures of english Fungi or Mushrooms t.* 169. hujus generis speciem sub nomine: *Reticularia multicapsula* exhibuit, quae omnino diversa esse posset, cum formam habeat elongatam, et $2\frac{1}{2}$ unc. longa, nec non unam lata sit, quae quoad iconem insuper immatura ex albo et fuscente variegata est; matura vero fusco-terrea, ejusque tubulorum apices, operculorum ad instar, circumscissi dilabuntur. Quamvis eam hactenus non viderim, sequente sub nomine, nec non differentia, eam hic quoque enumerare volo:

Tubu-

ε. *Tubulina operculata: magna, subumbrina, primo variegata, tubulis apice demum circumscissis.*

47. Trichia varia: *peridiis decumbentibus subteretibus reniformibusque nonnullis subrotundis.*

Stemonitis *varia*, capitulis decumbentibus, oblongis subreniformibusque; in *Gmel. Syst. Nat. I. II. p.* 1470.

Lycogala luteum, omnium minimum, reniforme. *Micheli N. gen. pl. p.* 216. *t.* 95. *f.* 4.

Hab. autumno ad truncos putrescentes.

Pro more primum alba est, mollis, deinde ochracea, omni stipite destituta. Nonnulla *peridia* subrotunda, plura elongata, multa utrinque subincurva, magnitudine communia, verum non, *ex. gr.* in sequente, in tanta copia simul proveniunt.

Obs. Hujus speciei sequentes dantur varietates:

α. *diluta*: major colore dilute-flava, magis linearis subrotundaque.

β. *subrufescens*; minor, ex ochraceo-subrufescens, magis reniformis, rarius subrotunda.

48. Trichia vulgaris: *sparsa peridio e tereti subturbinato, stipite vix ullo nigrescente.*

Trichia turbinata *Sowerby engl. Fung. t.* 85.?

Hab. frequens autumni initio in truncis putrescentibus, in faginetis, post densas pluvias, ubi sese ut granulis albis primo facile manifestat, tunc pro more fluxilis s. lactea, deinde ochracea, opaca, inter se distans. Primo intuitu omnino sessilis videtur, uti nonnulla

nulla individua quoque revera acaulia sunt, sed lente modo simplici adhibita stipitem brevissimum, nigricantem, invenies.

Obs. Sequentes tres species forte ut varietates, aut subspecies, considerandae veniunt.

49. Trichia cylindrica: *subgregaria ochracea, peridiis cylindraceis ovatisque medio constrictis, stipite nigrescente vix ullo.*

Hab. rarius ad truncos, aut ad muscos.

Inter minores et elegantiores pertinet. Tota intusque obscure flava. *Peridium* aut teres, aut versus apicem parum attenuatum, medio ut plurimum constrictnm.

50. Trichia cordata: *subsessilis parva sparsa flavescens peridiis subcompressis obcordatis, stipite brevissimo nigrescente.*

Prov. passim ad truncos; inter minores pertinet, colore sordide-flava. Peridium ut plurimum subcompressum, medio parum emarginatum.

51. Trichia pyriformis: *gregaria subsparsa peridio pyriformi lutescente, stipite breviusculo nigrescente.*

Trichia pyriformis. *Bull. champ. t.* 417. *f.* 2. (sed stipes crassior est et unicolor flavus.)

Var. α. major, flavescens.

β. minor, ex pallido subolivacea, subnitens.

 Hab.

Hab. ad truncos. Fructum *Pyri communis* exacte repraesentat, praesertim var. α., quae vero rarior occurrit. β. frequentius reperitur, minor est et fragilior; colore extus, intusque, e lutescente dilute-fuliginea, aut dilute et sordide olivacea; inter hanc nonnulla observantur individua stipite longiusculo instructa.

53. **Trichia clavata:** *gregaria obovata flava subnitente stipite longiusculo rugoso deorsum attenuato rufescente.*

Disp. meth. fung. p. 10.

β. *discoides*; minor, peridio disco depresso, opaco, nigrescente, deciduo.

Trichia *pyriformis,* lute vernicosa; capsulis turbinatis, in stipitem cylindraceum desinentibus *Sibth. Oxon. p.* 406. huc pertinet.

Hab. ad truncos, nunc subsolitarie, nunc in agmine denso proveniens. *Peridium* deorsum elongatur, et attenuatur, versus apicem obsolete striatum, 2—3 lin. altum, nitens. *Capillitium* pulvisque flavus.

β. minor est, ejusque discus, qui plano-depressus et substantia, et colore, differt, quo delapso *peridium* demum infundibuliforme fit; sed solummodo status immaturus videtur, dum fungillus, nondum bene maturus, lectus, domi iusto citius forte exsiccatus est; hoc nonnunquam in aliis speciebus locum habet, verbi causa in *Trichia fallace*; confer *Obs. Mycol. I. p.* 59 *et* 60.

53. Trichia **ovata**: *congesta sessilis obovata, colore opaco ex ochraceo alutaceo.* Obs. Mycol. 1. p. 91.

Trichia pyriformis. *Disp. meth. fung. p.* 10.

Clathrus *turbinatus*; acaulis, turbinatus, villo flavescente. *Huds. Fl. angl. p.* 632.

Trichia pyriformis. *Villars Dauph. t.* 3. *p.* 492.

Mucor *pyriformis;* excipulum sessile, flavescens, simile pyro inverso, aut Cucurbitulae scarificatoriae. *Scop. carn. ed.* 2. *vol.* 2. *p.* 292.

Trichia turbinata. *Withering bot. arrang. of British. pl. v.* 3. *p.* 480.

Clathrus turbinatus. *Bolt. Funguß. t.* 94. *f.* 3.

Trichia gregaria, sessilis, pyriformis flava. *Hall. helv. n.* 2160. *t.* 48. *f.* 7.

Lycoperdon luteum. *Relh. Fl. cantab. suppl.* 2. *nr.* 1103.

Lycoperdon epiphyllum. *Lightf. Scot. p.* 1069. (excl. synonymo).

Obs. Hujus speciei, in parte priore amplius jam descriptae, hic iterum mentionem facere licet, partim ut cum antecedentibus speciebus affinibus, distinguendi causa, simul enumeretur, partim ut omnia synonyma, mihi nota, ibi omissa, sub quibus in Botanicorum libris descripta est nec non delineata, ad confusionem praecavendam, simul allegentur.

54. Monilia **Penicillus**; *gregaria citrina, stipite tomentoso; filis in capitulum congestis laevissimis.* Tab. IV. fig. 8.

Hab. rarissime in stercore murino, s. muscerda.

Fungillus hicce persistens est, stipite rigido instructus, colore flavo-virens. *Fila* capitulum constituentia in *Moniliis* articulata sunt, in hac specie vero uniformia: an igitur jure huc relata?

Obs. Simul eodem in loco alium fungillum inveni, capitulo caesio, solidiusculo, distinctum; (*confer Tab. citatae figuram* 10.) ubi lente aucta propositus est, de quo dubito, an nostri fungilli statum juniorem indicet, aut an ad *Stilbi* genus, uti probabile, pertineat.

55. **Fuligo pallida:** *late effusa pallide sulphurea, cortice laeviusculo foraminuloso rugoso rigido.*

Hab. vere passim ad truncos exsiccatos populneos.

Descr. Cespitulus subrotundus, 2-3 unc. longus, ½ unc. crassus. *Cortex* exterior hinc inde foraminulosus, s. tubulosus, verum non cellulosus, uti hoc in Fuligine *flava* (*Disp.* meth. fung. p. 8.) locum habet, basi pro more membranacea; interne e pulvere semineo nigro, fibrisque laminosis, flavo virescentibus, eleganter variegata, externe primo subvitellina, demum expallescit, et sordide alutacea evadit.

56. **Amanita pusilla:** *pileo haemisphaerico subumbonato subpiloso incarnato-albido, lamellis ventricosis roseis stipite fragili albido: volva inflata 4 — 5 fida: laciniis erectis.* Tab. IV. fig. 4 et 5.

Agaricus volvaceus minor. *Bull. champ. tab.* 530.

Elegantem hancce speciem in areis hortorum sparsim crescentem, his in regionibus, autumno vidi.

Descr.

Descr. *Volva* radicalis caliciformis, persistens, utplurimum quadrifidus: lobis erectis, apice subincurvis, 2 lin. magnis, externe sericeis. *Stipes* semiunciam ad unciam altus, cylindricus, candidus, pellucidus. *Lamellae* inter se distantes, liberae s. stipiti vix annexae. *Pileus* $\frac{1}{2}$ unc. latus, disco planus, margine reflexus, circa umbonem, qui brevis et obtusus, depressus, pilis sericeis adpressis obsitus, fragilis, et subliquescens quasi, ob lamellas transparentes, colore subincarnatus.

57. **Amanita muscaria:** *pileo aurantio-rubro nitido, verrucis, lamellis, stipiteque candidis.*

Disp. meth. fung. p. 67.

Var. *β* *formosa*: pileo aurantio-fulvo, verrucis laxis subflavescentibus, lamellis albis, stipite longissimo squamoso-floccoso annuloque flavis.

Hab. in faginetis, autumno; quatenus *β.* ab *Amanita muscaria* vulgari, in pinetis ut plurimum crescente, differat, e sequente descriptione elucebit.

Stipes spithamam longus, pro ratione tenuis, basi, s. bulbo crasso ovato-subrotundus, subalbicans, intus, bulbo excepto, flavescens, ejusque medulla subexcavata, spongiosa, alba; superficie mollis, fusfuraceo-squamosus, colore demum expallescit; apice, seu supra annulum, magis et permanenter flavus; *volva* stipiti adpressa, obsoleta.

Lamellae $\frac{1}{2}$ unc. latae, albae, confertae. *Pileus* primum ovatus, demum convexus, planus, obsolete umbonatus, margine striatus, subcarnosus, praesertim margine demum

mum flavescens. *Verrucae* in nondum explicato pileo sordide flavescunt, magnitudine variae.

Sapor huic fungo equidem non ingratus.

Obs. Agaricus aurantius. *Bull. champ. t.* 120. volva laxa, et lamellis flavis satis superque discrepat, qui ad alteram hujus generis divisionem quoque pertinet.

58. Amanita **aspera**: *pileo carnoso compacto umbonato rufescente-fuligineo, verucis acutis aspero, lamellis confertis candidis, stipite fibrilloso subblbouso.*

Agaricus asper. *Abbild. der Schwämme, drittes Heft.*

Agaricus verrucosus. *Bull. champ. pl.* 316.

Agaricus *Myodes*, stipitatus pileo pallide rubro, superficie pustulato: pustulis subangulatis, apice fuscis; velo albo permanente stipite brevi basi crassiusculo rubro. *Bolt. Funguſſ. Appendix pag.* 159. *t.* 139. (excl. synonym. Etiam hujus loci est, tertia parte modo minor).

Hab. passim in sylvis, ut plurimum solitarie.

Descr. Pileus primo ex ovato subteres, explicatus, 6 unc. latus, ½ unc. crassus, substantia compactus, odore fortis, ad marginem, ob epidermidem hic dehiscentem, saepe albo-lineatus; *Verrucae* parvae, erectae, acuminatae. *Lamellae*, pro more hujus generis, liberae, tenues. *Stipes* 4-6 uncias altus, solidus, basin versus, a volva incompleta, verucis squamulosis obsitus. *Annulus* nonnunquam subobliteratus, et in margine pilei per partes remanens.

Obs.

Obs. Agaricus *verrucosus* *Bulliardi* (non *Hudsonii*, et *Boltonii*) huc pertinet, quamvis figura naturae non prorsus fida, et praesertim verrucae *globosae*, non vero acuminatae sunt delineatae.

Ceterum haec species transitum ad (*meum*) Agaricorum genus efficit.

79. Lactarius **controversus**: *gregarius albus maculis zonisque obsolete sanguineis variegatus margine revoluto tomentoso lamellis simplicibus incarnato-pallidis.*

Agaricus *piperatus*, caulescens, pileo planiusculo, lactescente: margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. *Linn. Fl. Suec. p.* 445. *var.* α?

Agaricus acris. *Bull. champ. pl.* 538. *B. D. E. F. M?*

Habitat in faginetis, autumno pluvioso, intra folia decidua, ubi cespitem efformat.

Descr. Stipes 1½ ad 2 unc. longus, fragilis; tomento brevi, aetate praesertim juniore, obtectus, solidus.

Lamellae, fungo nondum explicato, s. adhuc juniore, jam pallescunt, in stipitem subdecurrunt, hic quidem parum crispae, et semel furcatae, sed in medio, et ad pilei marginem non amplius ramosae, 1½ lin. latae, tenues, confertae; sed non, uti in sequente, dense sibi accumbentes.

Pileus juniorum margine totus revolutus, rugosus, et tomento brevi obtectus; in adultis magis quidem explicatus, sed tamen deflexus remanet, superficie ad tactum subviscosus, substantia valde carnosus, rigidus; in juventute hinc inde maculis inaeqnalibus, sanguineis, obtectus

tectus, quae in maturis zonas, non quidem valde manifestas, rubellas efformant, in medio aequabiliter et profunde primum excavatus, deinde magis applanatus evadit. *Succus* lacteus ab initio quidem non valde acris, dein tamen fragantissimus.

60. Lactarius piperatus: *pileo depresso margine expanso glabro albo, demum sordide pallescente, lamellis congestis candidis furcatim divisis.*

Agaricus *piperatus*, totus albus, opacus; pileo foveato; laminis angustis, bifurcato-ramosis, parellelis densissimis. *Batsch El. fung. p.* 33. *fig.* 59.

Agaricus amarus *Schaeff. fung. t.* 83 (hujus loci est).

Agaricus piperatus B*olt. Fung. t.* 21. (Stipes modo nimis altus, et ventricosus delineatus.)

Hab. frequens in faginetis, vix vero unquam in pinetis.

Descr. Stipes glaber, deorsum subattenuatus. *Lamellae* lin. 1. latae, tenuissimae, et praesertim in juventute sibi dense approximatae, plures usque ad marginem pilei furcatim ramosae s. bifidae. *Pileus* 2-4 unc. latus, subinfundibuliformis, aetate juniore margine vix revolutus, demum plerumque expansus, superficie expallescit, et saepe rimosus fit, ceterum opacus, siccus, glaberrimus, sed *in nonnullis individuis vetustis*, (an ut varietatibus hinc putatis? nescio unde hoc accidat), *subtomentosus* et margine *strigosus* quasi evadit, quae malum quoque spargunt odorem.

Obs. Sequens varietas luxurians, quoad magnitudinem insignis, nonnunquam in sylvis observatur.

β ex-

β. *exsuccus*: magnus infundibuliformis exsuccus; lamellis sparsis subdistantibus pallescentibus subcrispis.

Agaricus giganteus. *Leyss. Fl. Hal. nr.* 1213.

Agaricus infundibuliformis. *Hoffmann. nomencl. fung.* p. 110.

Agaricus Leisteri. *Sowerby engl. Botany t.* 104.?

Fungus infundibuliformis, maximus, albus. *Buxb. cent.* 4. *t.* 1.

Agaricus acris. *Bull. l. c. H. G.*?

61. Lactarius **torminosus**: *pileo umbilicato zonato incarnato-ochraceo: margine revoluto villoso, lamellis ramosis albis.*

Agaricus torminosus. *Schaeff. fung. bav. t.* 12.

Agaricus necator. *Bull. champ. t.* 529. *f.* 2. (optima).

Hab. autumno in sylvis, locis graminosis.

Descr. Stipes cavus, pileo concolor, 2 unc. longus, unc. $\frac{3}{4}$ crassus, deorsum attennatus, hinc inde sublacunosus, s. maculae lacunaeformes in ipso observantur. *Lamellae* angustae, $1\frac{1}{2}$ lin. fere latae, pallescunt, versus stipitem ramosae. *Pileus* 3 unc. latus, medio infundibuliformis, ibi glaber, margine hirsutus et valde revolutus. *Substantia* compacta. *Lac* album, fragrans.

Obs. Agaricus crinitus *Schaeff. fung. bav. t.* 228. et Agaricus scrobiculatus. *Ejusd. l. c. t.* 27. modo hujus speciei varietates videntur.

62. Lacta-

62. Lactarius **Necator**: *pileo subdepresso ex olivaceo umbrino: margine tomentoso involuto, lamellis subincarnatis.*

Agaricus necator. *Bull. champ. t.* 13. *Gmel. Syst. Nat. Linn.* 2. *p.* 1412.

Hab. rarius in pinetis, et faginetis. Antecedente major, ejusque *pileus* subviscosus, opacus, nunc obscure umbrinus, nunc ad olivaceum tendit. *Stipes* quoque lactescit, pileo concolor, sed dilutior. *Succuc* albus, acer.

Obs. Nescio, quare b. *Bulliard* tam diversas species uno eodemque induerit nomine.

63. Agaricus (Bombycinus) **infrcactus**: *pileo carnoso olivaceo-fuligineo: margine infracto-inflexo, lamellis olivaceis nitidis, stipite bulboso pileo subconcolore, aut pallescente-coeruleo: velo ferugineo.*

Singularis et pulchra haecce species provenit in faginetis.

Descr. Stipes subnitens, 3—2 unc. longus, unc. 1. crassus, *bulbus* ovalis, superficie fibrillosus.

Lamellae, ob pilei formam, saepe reflexae, crispae s. undulatae, amoene olivaceae, in junioribus purpureo-olivaceae, stipiti adnexae, 2—3 lin. latae. *Pileus* 2—3 unc. latus, compactus, *Sapor* amarus.

Obs. Datur *varietas*: pileo nitido subumbrino: margine fulvo.

64. Aga-

64. Agaricus (Bombycinus) **fulvofuligineus:** *lamellis confertis purpurascente - olivaceis, stipite cylindrico fibrilloso dilute coerulescente.*

Hab. passim in faginetis.

Descr. *Stipes* solidus, 2—3 uoc. longus, $\frac{3}{4}$ unc. crassus, basi vix bulbosus. *Pileus* 3. unc. latus, laevis, sordide ochraceus, s. dilute olivaceus, (coloris determinatio in hac, uti in multis speciebus, valde difficilis). *Lamellae* tenues, 2 lin. latae, stipiti totae adnexae; *Cortina* ferruginea. *Substantia* alba, spongiosa, subinsipida.

55. Agaricus (Bombycinus) **subsimilis:** *pileo viscoso molli fulvofuligineo, lamellis latiusculis, primo olivaceis, dein cinnamomeis, ad dimidium adnexis, stipite cylindrico dilute coerulescente.*

Cum antecedente passim.

Huic *Pileus* 3 unc. est latus, obtuse et late umbonatus, ejusque substantia mollis, dein mucilaginosa quasi. *Lamellae* 3—4 lin. latae, stipiti parallelae, sed modo ad dimidium ei adnatae. *Stipes* solidus, fragilis. *Sapor* amarissimus.

66, Agaricus (Bombycinus) **Bulliardi:** *pileo carnoso rufescente, lamellis distinctis cinnamomeis, stipite dilutiore bulboso: bulbo ovato cinnabarino.*

Aga-

Agaricus araneosus, *proteus*. *Bull. champ. pl.* 431. *fig.* 3.

Hab. passim in faginetis.

Stipes solidus, subradicatus, 3—4 uncias longus. *Lamellae* 4 lin. latae fere, margine acuto emarginatae, subdistantes. *Pileus* 2½ unc. latus convexus; *Sapor* non equidem ingratus.

Inter elegantiores pertinet species.

67 Agaricus (Bombycinus) **violaceus**: *Pileo convexo carnoso, stipite mediocri bulboso cortinato, cortina ferruginea.*

α. A. *elegans*, totus violaceus nitidus, stipite sub bulbo pallescente.

β. *opacus*, totus opacus, violaceus, aut paleo ex umbrino rufescente.

Agaricus violaceus *Bull. champ. t.* 250.

Obs. Quaenam vero *Linneana* species sit, auctores dissentiunt, cum diversi *Agarici* sub hoc nomine descripti fuerint. Sequens a pluribus pro *A. violaceo* habitus, omnino differt, uti videbimus.

68. Agaricus **nudus**: *gregarius, pileo carnoso convexo plano subrepando rufescente violaceo, lamellis confertis, stipite longiusculo tenuisculo subcylindrico nudo, dilute violaceis.*

Agaricus nudus. *Bull. champ. t.* 439. *A.*

Var.

Var. β. totus rufescens, pileo infundibuliformi. *Bull. l. c. fig.* 13. *C.*

In pinetis frequens, provenit ad terram agmine denso.

Descr. Stipes 2—3 uncias longus, 3 lin. crassus, basi quidem parum incrassatus, sed non bulbosus, fibrilloso-subtomentosus; *Lamellae* emarginatae, angustae, 1½ lin. latae. *Pileus* medio carnosus, versus marginem tenuis, ubi dein expansus, attenuatus, et hic gravissime incisus est. *Color* in iuniore fungi statu dilute quidem violaceus, dein vero rufescit *Pileus* in fungo putrescente, prae omnibus aliis speciebus, praesertim vero autumno impressuras acquirit, in quibus *Byssi* quaedam species crescere solent.

Obs. Hanc speciem revera ab *Agarico violaceo* ob *cortinae defectum* discrepare non dubitandum; hinc b. *Bulliard* eum merito, ut speciem diversam, sub nomine satis apto distinxit.

Fateri tamen debeo, me a margine pilei ad stipitis apicem usque fila nonnulla arachnoidea, verum rarissime, et inter centum specimina vix in unico, observasse, quae vero colore non ferrugineo discreparunt.

69. Agaricus (Pleuropus) **fuligineus**: *dimidiatus solitarius magnus, pileo lato carnoso rufescente - fuligineo, lamellis decurrentibus dilute cinereis, stipite laterali subtuberoso albido villoso.*

Prov. sero autumno, ad truncos exsiccatos, et ad salices vetustas, perraro.

Descr.

Descr. *Stipes* cum pileo horizontalis, basi crassiusculus, $\frac{3}{4}$ uncias latus, villo substrigoso densoque et albido hirsutus, durus, elasticus. *Lamellae* 2—3 lineas latae, tenues, in stipitem decurrunt, confertae, albido-cinereae.

Pileus planiusculus, latitudine palmari, versus stipitem parum depressus, et hic etiam saepe villo albido obtectus; *substantia* candida compacta; sapor equidem non ingratus, demum parum acris.

Obs. Quoad formam, et magnitudinem cum *Agarico ochraceo* (*Abbildung der Schwämme, drittes Heft*) convenit.

70. Agaricus (Pleuropus) **sinuatus**: *pileo dimidiato membranaceo subtomentoso-albido, repando, lamellis medio latissimis spadiceis.*

Hab. rarissime ad truncos putridos; saepe orbicularis, unc. 1$\frac{1}{2}$ latus, margine sinuatus; *Lamellae* tenues divergunt, pro ratione latae 2 lin. praesertim, quae medium occupant.

71. Agaricus (Pleuropus) **variabilis**: *gregarius, pileo suborbiculari, subtiliter tomentoso candido, lamellis demum rubiginosis.* Tab. V. fig. 12.

Agaricus mutabilis. *Disp. meth. Fung. p.* 25.

Agaricus sessilis. *Bull. champ. t.* 152.

Agaricus niveus. *Sowerby engl. fung. t.* 97.

Provenit aestate ad truncos; $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. latus, reniformis: juniores vero, quod in nonnullis aliis hujus familiae speciebus obtinet, integri orbiculares, eum pileus

trunco totus adnatus sit; stipite tunc e *medio* proveniente, satis longo (vid. fig. *a.*). *Pileus* substantia tenuis, et superficie demum fere glaber fit. *Lamellae* primo albae, demum ex cinamomeo rufae.

72. Agaricus (Pleuropus) **epigaeus**: *pileo reniformi fragili rufescente - cano, basi villoso - albido, lamellis distinctis aquoso - rufescentibus, divergentibus.*

Hab. in sylvis ad terram, inque viarum orbitis, et passim ad rupes.

Descr. *Pileus* unc. 1 latus, passim involutus, margine substriatus, per lentem tomentosus, opacus, incanus, subrufescens. *Lamellae* subventricosae, 2 lin. latae, demum sublateritiae, fragiles.

Stipes in junioribus distinctus, villosus, cinerascens, 2 lin. crassus.

73. Agaricus (Pleuropus) **tephromelas**: *gregarius subcespitosus, pileo dimidiato stipiteque teretiusculo tomentosis cinereis lamellis, distinctis obscurioribus.*

Nascitur autumno ad truncos, aut in eorum vicinitate ad terram. *Pileus* basi albo tomentosus, in fungo exsiccato margine nigrescit, 3—4 lin. latus. *Lamellae* glabrae, nitidae. latiusculae, colore primo obscurae, cinereae, demum, fungo exsiccato, nigrescunt. *Stipes* lateralis, $1\frac{1}{2}$ lin. longus, teres, tomento albo dense obtectus.

Obs. Hujus loci videtur *Agaricus applicatus.* Batsch *El. Fung. p.* 171. *f.* 125., tamen minor et unicolor nigri-

cans, ac superne magis strigosus, quam tomentosus est. Forte tamen eadem species?

74. Agaricus (Pleuropus) **striato-pellucidus**: *subsolitarius totus dilute cinereus, pileo dimidiato pellucido, margine striato.*

Hab. rarissime ad ramos pineos; convexus, glaber, et pellucidus est, et quod in hac familia vix locum habet, pileo, uti *Agarici tenelli* s. *Mycenae*, gaudet sulcato, striato.

β. Agaricus (Pleuropus) *griseus*: membranaceus, totus griseus, basi albo tomentosus. *Tab. V. fig.* 8 *et* 9.

Forma semicircularis, basi supra infraque albo-tomentosus. *Lamellae* confertae, angustae, dilutiores. Stipes subcentralis.

Obs. Quoad speciem ab antecedente non distinctus videtur.

75. Agaricus (Lepiota) **laetus**: *solitarius, pileo carnoso-membranaceo convexo plano viscoso fulvo s. testaceo, lamellis distantibus longe decurrentibus, apice flavis, basi dilute purpurascentibus, stipite longo subtenaci dilute fulvo.*

Hab. in locis montosis graminosis.

Descr. *Stipes* cylindricus, 2 unc. et ultra longus, $1\frac{1}{2}$ crassus, viscosus, apice purpurascens. *Lamellae* $1\frac{1}{2}$ lin. latae, stricte decurrentes, parum crassae, majores altiores, purpurascrnte-roseae, praesertim ubi in stipitem de-

currunt. *Pileus* ½ unc. latus, sub membranaceus, exsiccatus margine striatus fit. *Sapor* subdulcis.

76. Agaricus (Lepiota) tristis: *solitarius, pileo campanulato acuto, primum virescente-aurantio, mox nigrescente, lamellis distantibus liberis citrinis, stipite longiusculo subtortuoso citrino.*

Agaricus croceus. *Bull. champ. t.* 50. *et t.* 524. *fig.* 3.

Agaricus conicus. *Schaeff. fung. bav. t.* 2. *f.* 9.

Hab. in pratis una cum sequente; autumno.

Descr. Stipes 3 unc. longus, cavus, 3 lin. crassus, demum subtorquatus, fibrosus. *Lamellae* oblanceolatae, nitidae, subangustae. *Pileus* unc. 1. latus, subumbonatus, acutus; et nescio, qua ratione fiat, ut ille hac in specie mox quasi adustus evadat.

77. Agaricus (Lepiota) coccineus: *totus coccineus, pileo convexo-plano subcarnoso viscoso, lamellis distantibus, basi dentatim connexis, stipite cavo subcompresso.*

Agaricus coccineus. *Bull. champ. t.* 202. *et t.* 570. *f.* 2.

Agaricus psittacinus Var. 2. *Wither. Bot. Arangem. ed.* 3. *Vol.* 3. *p.* 264. *et* 265. (sed minus recte ut varietas *Agarici psittacini Schaeff.* consideratus, cum magnitudine et pileo hemisphaerico differat).

Hab. in locis graminosis, in pratis etc. frequens.

Descr. Quoad colorem et formam variabilis fungus est, quod praesertim a loco plus minusve aprico dif-

 fert

fert. *Pileus* in junioribuus convexus, deinde planus, etiam sub depressus, ut plurimum vero subumbonatus, margine substriatus, parum carnosus, valde pellucidus, sub viscosus, colore amoene rubro. *Lamellae* ventricosae, inter se distant, pro pilei forma sunt planae, convexae, adscendentes, decurrentes basi; porro inter se venoso-connexae, 2-3 lin. latae, coccineo-flavae, margine praesertim, glaucae.

Stipes 2½ unc. crassus, 5 lin. latus, saepe compressus, superficie undulatus, basi attenuatus et ibi flavus ceterum pileo concolor.

78. Agaricus (Lepiota) **fulvus**: *pileo umbilicato stipiteque compresso fulvo, lamellis distantibus subdecurrentibus aurantiis.*

Hab. in locis graminosis.

Pileus unc. 1. fere latus, subrugulosus, hemisphaericus. *Lamellae* 2—3 lin. latae, planae. *Stipes* unc. 1. et nonnullas lineas altus, nitidus, basi albo-villosus, ut plurimum compressus, hinc utrinque sulcatus, dein cavus. Sapor non ingratus.

Obs. An ab antecedente satis diversus? colore saltem quam maxime differt. An *Agaricus dentatus* Linn. *Fl. suec.* p. 443. potius huc, aut ad praecedentem referri debet?

79. Agaricus **nigricans**: *pileo carnoso depresso olivaceo-cinereo, demum quasi adusto, lamellis crassis latiusculis (inaequalibus) pallescente-albis, stipite solido cinereo.*

Aga-

Agaricus nigricans *Bull. champ. t.* 370. *f.* 2. *et t.* 589. *f.* 2. *Dispos. meth. fung. p.* 21.

Hab. per totum autumnum in sylvis.

Descr. Stipes $2\frac{1}{2}$ unc. longus, unc. 1. fere crassus, basi subattenuatus. *Lamellae* stipiti adnexae, longitudine inaequales, demum lin. 1. fere crassae, rigidae, subpruinatae, basi saepe quoque venose conjunctae, primo margine, demum fere totae nigrescunt. *Pileus* $2\frac{1}{2}$ unc. latus, aetate juniore ex albido sordide olivaceus, subcaerulescensque, tandem ex olivaceo-fuliginoso nigrescit, et quasi adustus perit; *substantia* interna, solida subrufescit. Pilei *epidermis* saepe tessellatim rimosa est.

Obs. An sequens fungus idem, an pro varietate, aut sub specie haberi debet? Major quidem est, et pileus primo fere pallidus, subviscosus dicitur:

Agaricus *Elephantinus*, stipitatus; pileo crasso, hemisphaerico, subluteo-viscido; lamellis trifidis, crassis, fragilibus, subalbidis; stipite albo, crasso, spongioso, *Bolt. Funguss. p.* 28. *t.* 18. *Sowerby t.* 36.

„In decay, the pileus becomes irregularly horizontal, lacerates, becomes, dry; changes to dark colours of various hues, and seems as if a considerable degree of fire hat passed upon it." *Bolton.*

80. Agaricus roseus: *pileo carnoso, demum depresso granuloso s. minute verrucoso, roseo-sanguineo, lamellis inaequalibus candidis, stipite solido pileo subconcolore.*

Agaricus roseus. *Schaeff. fung. t.* 75. et

 Aga-

Agaricus Russula. *Ejusd. fung. t.* 58. (excluso synonymo. Varietas stipite breviusculo).

Agaricus pectinaceus. *Bull. champ. t.* 509. *f.* 2.

Hab. rarius in faginetis.

Decr. Stipes 3—4 unc. longus, utplurimum $\frac{3}{4}$ unc. crassus, solidus, saepe incurvus, ex albido sanguineus, sub lamellis *tomentosus* est. *Lamellae* tres lineas latae, longitudine inaequales. *Pileus* 3—4 unc. latus, disco subviscosus, umbilicatus, verrucis quasi dilute ruber: obsitus margine albidiore.

Obs. Haec et antecedens species si oculo fugitivo adspiciantur, facile pro speciebus e familia lamellis integris gaudenti s. e genere *Russula* venditari potest.

81. Agaricus Amanitae: *gregarius parvus, pileo membranaceo striato papillato albido, lamellis distinctis planis concoloribus, stipite brevi rufescente glabro.*

Agaricus *Amanitae*, pileo ochraceo-carneo, glabro, subnitente, plano-convexo, umbonato; stipite lineari, concolore, deorsum fulvente, lamellis elongatis, albentibus, interspersis paulo angustioribus. *Batsch El. fung. Cont.* 1. *p.* 109. *f.* 93.

Hab. frequens autumno in *Agaricis* putrescentibus, exsiccatis.

Stipes $\frac{1}{2}$ unc. longus, $\frac{1}{2}$ lin. fere crassus, fistulosus, dilute rufus, tuberculis increscens. *Lamellae* alternis latiores, stipiti adnexae, *Pileus* $1\frac{1}{2}$ lin. latus.

Obs. Sequentes tres *Agarici* modo ut subspecies considerandi videntur.

α. Aga-

α. Agaricus *tuberosus*: gregarius parvus pileo convexo subcarnoso, lamellis albidis, stipite longiusculo, medio subinflato rufo.

Agaricus tuberosus *Bull. champ. t.* 256.

Agaricus *alumnus*, stipitatus, pileo convexo, albo; lamellis trifidis albis; stipite gracili, basi crassiusculo subrubro. *Bolt. Fung. p.* 155. *t.* 155. (justo major, nimisque rudis delineatus est).

In fungis putridis, exsiccatis quoque parasiticus.

Descr. Stipes unc. 1½ longus, medio ad lineam unam incrassatus, utrinque hinc attenuatus, versus basin vero crassior, hinc obverse clavatus, nunc in *Sclerotiis* crescens, nunc absque hisce fungillis invenitur; a medio ad basin rufescit s. dilute badius est, solidus, sub lente pubescens; apice pileo concolor. *Lamellae* pro ratione crassiusculae, totae adnexae (quae vero in icone *Boltonii* liberae sunt delineatae!). *Pileus* lin. 1—1½ latus, dein pallescit.

β. Agaricus *Sclerotii*: gregarius, pileo hemisphaerico umbonato albido: umbone rufescente, lamellis albis stipite aequali subpiloso rufescente.

Hab. in Agaricis exsiccatis super *Sclerotium subterraneum Tode* crescens. Quoad magnitudinem inter ultimum et penultimum medium supplet locum.

γ. Agaricus *cirratus*: gregarius minor, pileo subpapillato plano albido: disco subrufescente, lamellis confertis albis, stipite longiusculo tenui rufescente radiculis fibrillosis longis obsito.

Hab. autumno intra folia putrida, praesertim vero in *Agaricis* putridis parasiticus.

Stipes

Stipes $1\frac{1}{2}$ unc. longus, $\frac{1}{2}$ lin. crassus basi et ad latera radiculas fibrillosas, $1\frac{1}{2}$ unc. nonnunquam longas sparsim emittens. *Lamellae* angustae, planae, subdecurrunt. *Pileus* 2—3 lin. fere latus, convexo-planus, subumbilicatus, $\frac{1}{2}$ lin. crassus.

82. Agaricus **alliaceus:** *pileo campanulato membranaceo fuscescente, lamellis distinctis albidis, stipite fistuloso longissimo nigrescente, subradicato, basi strigosa.*

Agaricus *alliaceus*, pileo convexo, glabro, e fusco pallescente; lamellis albidis; stipite atro, nitido. *Jacq. Fl. Austr. p.* 196. *Obs. bot. p.* 100.

Agaricus *alliaceus*, stipitatus, pileo convexo opaco supra fusco subtus albo, stipite fistuloso nigro nudo. *Murr. Syst. veget.* 15. *p.* 1015. *Jacq. Fl. Austr. t.* 82.

Hab. in sylvis inter folia decidua, locis udis, ubi e longinquo odore suo alliaceo percipitur.

Descr. Stipes fusco-nigricans, 5 unc. et ultra longus, ut plurimum radice fibroso-hirta foliis adhaeret, lin. 1. crassus, utrinque sub incrassatus, ad insertionem pilei praesertim tumidus, sub tomentosus, aut saltem pruinatus. *Pileus* obsolete striatus, pellucidus, disco colore obscuriore, nonnunquam totus plane albescit, unc. 1—$1\frac{1}{2}$ latus. Sapor praesertim vero odor hac in specie fortis, ingratus, alliaceus, et halitui bufonis ferme similis.

83. Aga-

83. Agaricus Schaefferi: *parvus siccus, pileo subcarnoso, plano, pallescente-albo, lamellis crispis albidis, stipite breviusculo, rufescente.*

Agaricus alliatus. *Schaeff. fung. t.* 119. (exclusis synonymis).

Hab. locis montosis, in ericetis, aut pinetis, ad terram, aut in stipitibus.

Descr. Stipes tenax, cavus, unc. 1. et nonnullas lineas longus, $\frac{3}{4}$ lin. crassus, basi subnigricans, ceterum rufus, glaber. *Lamellae* planae, basi venis connexae, a stipite facile decedunt, et in margine postico cohaerentes tulum circa stipitem quasi efformant; pro ratione crassae, nonnullae ramosae. *Pileus* primo subumbonatus, dein planus, rugulosus, vix striatus, latitudine trilineari. Substantia sicca odore allii, sed non equidem fortis. Color albidus, aut dilute lateritius.

84. Agaricus Scopolii: *gregarius majusculus, pileo submembranaceo hemisphaerico lutescente, lamellis flavescentibus, stipite longo subtomentoso, deorsum sanguineo.*

Agaricus *alliaceus*, pileo cervino, campanulato, laevi, lamellis concolore, stipite obscure rubro nudo procero cylindraceo fistuloso. *Scop. Fl. carn. Ed.* 1. *p.* 27. Stipes junior sanguinem fundit e rupta basi. *Fl. carn. Ed.* 2. *v. r. p.* 454.

Agaricus alliaceus. *Sowerby engl. fung. t.* 81.

Hab.

Hab. super folia quercina. Mihi hucusque nondum obvius, sed quoad iconem a *Sowerbyo* exaratam omnino distincta species est, et *Agarico alliaceo* *Jacquinii* paullo major, de quo colore et forma differt.

85. Agaricus (Mycena) Haematopus: *cespitosus, pileo carnoso-membranaceo convexo, ex albido rubescente, lamellis angustis albis, stipite subtenui rufescente: rupto succum rubrum secernente.*

Hab. passim ad truncos, locis montosis.

Descr. Stipes 2—3 unc. longus, glaber, vix caudatus, fistulosus laceratus succum sanguineo-purpurascentem subacrem, copiosum stillat. *Lamellae* subadnexae, lanceolatae adscendunt. *Pileus* ex hemisphaerico conicus, aut totus candidus, ut plurimum vero aquose purpurascens, incisus intus quoque succulentus, umbone saltem non manifesto gaudet.

86. Agaricus (Mycena) Galopus: *subsolitarius terrestris, pileo campanulato, nigrescente glauco, lamellis subdistantibus, albido cinereis, stipite subradicato: fracto succum lacteum secernente.*

Agaricus *lactescens*, pileo campanulato plicato nigrescente, lamellis remotis albis, stipit gracili, lactescente. *Schrader. Spicil. fl. germ. p.* 128.

Hab. in pinetis, in quercetis ad *terram* et in locis graminosis inter muscos, autumno.

Descr.

Decr. Stipes subfiliformis, 2—3 uncias longus, basi pilosus, lin. 1. vix crassus, colore nigrescente-cinereus, fractus succum colore lacteum, subacrem fundit. *Lamellae* angustae, arcuato-adnexae. *Pileus* 4—5 lin. latus et altus, pruinatus, hinc primo obtuitu quasi tomentosus apparet.

Obs. Sequentes mihi innotuerunt hujus speciei varietates:

α. pileo sordide albo, apice ex livido nigricante, lamellis candidis.

β pileo cinereo-glauco, lamellis cinereis.

γ. pileo toto cinereo, lamellis candidis.

87. Agaricus (Mycena) **galericulatus**: *cespitosus, pileo membranaceo striato hemisphaerico umbonato livido, lamellis distinctis albis latiusculis, stipite laevi radicato, basi hirta.*

Vulgaris ad truncos diversarum arborum, toto autumno, ubi plura individua, basi connata, cespitem efformant.

Descr. Stipes 3—4 unc. longus, 2 lin. fere crassus, ejusque pars radicans subfusiformis truncorum rimas intrans, unc. 1—2 longa, pilis strigosis, s. fibrillis, undique involuta est, interne nitens. *Lamellae* 2 lin. et ultra latae, subemarginatae, adnexae, adscendunt, oblanceolatae, aut obovatae. *Pileus* unc. 1. latus, primum ovatus s. conicus, deinde campanulatus, umbonem crassiusculum protrudens, obsolete striatus, aetate juniore fere nigrescens, in adultis planiusculus, et margine saepe cinereus evadit.

Obs.

Obs. 1. Quoad stipitis lamellarumque colorem differt; hinc sequentes occurrunt subspecies, quae vero omnes stipite radicato-piloso conveniunt.

α. subsolitarius, stipite subviscoso flavescente.

β. subcaespitosus, stipite flavo-coccineo, pileo livido, lamellis albis.

γ. pileo albido, lamellis incarnatis.

δ. pileo fuscescente, livescente-fulvo, lamellis subincarnatis, aut albidis.

ε. pileo sordide brunneo s. spadiceo.

ζ. pileo livido s. nigrescente, aut cinereo. (*Agaricus communis*).

Obs. 2. Sub sequentibus quoque nominibus in botanicorum scriptis descripta haec species est.

Agaricus galericulatus. *Schaeff. fung. bav.* t. 52. (varietas ζ.)

Agaricus fistulosus. *Bull. champ. t.* 518. (F. D. ad var. ζ. pertinet. *Fig. E. F.* ad varietatem γ. et *Fig.* 1. ad variet. J. attinet. *Fig. E.* ad varietatem δ. referenda?)

Agaricus proliferus. *Sowerby engl. fung. t.* 169. forte modo hujus speciei varietas, et ad variet. δ. attinet.

Agaricus *pseudoclypeatus*, pileo conico, olivaceo-fusco, margine revoluto striato pallido, lamellis trifidis, pallidis stipite gracili, fistuloso. *Bolt. Fung. t.* 154. (hujus quoque loci est).

Agaricus *mammillaris*, stipitatus, pileo hemisphaerico, longe papillato, stipite fistuloso caudato. *Hoffm. Nomencl. fung. p.* 217. *t.* IV. *f.* 1.

Aga-

Agaricus *Myurus*, stipite elongato, villoso, caudato; pileo campanulato, laevi, ochraceo-fusco. *Hoffm. veget. in Hercyn. subterran. collect. p.* 5. *t.* 3. (Affinis species, aut varietas insignis).

Agaricus *conicus*, stipitatus, pileo campanulato acuto striato livido nitido, lamellis albis, stipite fistuloso-cinereo. *Huds. Fl. angl. p.* 620. *Willd. Fl. Berol. p.* 384.

88. Agaricus (Mycena) **polygrammus**: *solitarius, pileo membranaceo campanulato umbonato, dilute cinereo, lamellis confertis albidis, stipite longo caudato striato caesio-nitido.*

Agaricus polygrammus. *Bull. champ. t.* 395.

Agaricus fistulosus. *Bull. t.* 518. *f. H.*

Obs. Hinc inde in faginetis ad terram subsolitarie crescit. Antecedente major et praesertim stipite colore eleganter argenteo, nec non superficie longitudinaliter sulcato, ab eo discrepat.

89. Clavaria **spinulosa**; *ramosissima fuligineo-spadicea, trunco crassiusculo, ramis strictis: ramulis subulato, spinulosis oppositis obtusis longioribus.* Tab. III. fig. I.

Prov. rarissime in faginetis.

Descr. Truncus $1\frac{1}{2}$ unc. longus, totidemque latus. *Rami* deorsum subincurvati, ad latera pulvere croceo-cinnamomeo obtecti; *Ramuli* sibi approximati, stricti, et

quod

quod huic speciei singulare, alii breves obtusi, et alii oppositi multo longiores, attenuati sunt.

90. Clavaria Muscicola: *simplex minutissima alba, clavula curvata subincrassata obtusa, stipite glabro brevissimo tuberi globoso insidente.* Tab. III. fig. 2.

Hab. rarissime intra foliola *Hypni triquetri.*

Magnitudo naturalis hujus speciei 2—3 lin. longa est. Clavula filiformis, subflexuosa. *Tuber* radicale (Sclerotium?) orbiculare, candidum, laeve, intra folia absconditum.

Obs. Familiam quandam naturalem cum Clavaria *gyrante, Erythropo* etc. (vid. *Comm. de fung. clavae p.* 80—85.) quidem efficit, et priori praesertim affinis est, a qua vero stipite *glabro*, nec piloso, et clavula flexuosa, subincrassata, nec non cylindrica differt.

91. Clavaria ericetorum: *cespitosa flavescens, clavulis incrassatis-compressis obtusis pallidis, stipitibus nitente-flavis.* — Schmiedel Icon. plant. p. 56. t. 5.

Clavaria argillacea. *Comm. de fung. clavaef. p.* 74.

Obs. In Commentatione *de Fungis clavaef. loc. cit.* ad iconem Schmiedelianam, non vero ex autopsia nonnulla de hacce specie disservi, cum vero mihi contigerit, eam postea in ericetis *Sollingensibus*, tempore autumnali, reperire: sequentem descriptionem naturae congruam huc lubens appono.

Stipes nitens, glaberrimus, 3—4 lin. altus, 1 lin. et ultra crassus. *Clavulae* unc. 1. et nonnullas lineas longae 2—4 lin. crassae; in junioribus pro ratione valde incrassatae, obconicae: apice rotundato, et ut plurimum

com-

compresso, porro in adultis subplicatae sunt, saltem utrinque canaliculatae, intus in nonnullis cavae; fragiles, flavescente-alutaceae, non vero argillaceae, ob pruinam seminalem opacae, plures indivisae quidem; sed lantur et nonnullae in uno eodemque cespite ramos obtusos vario modo formatos, cornibus similes exserentes. *Sapor* aut *odor* distinctus haud equidem adest.

92. Clavaria **sanguinea**: *ramosa, caule subsucculento rubro, ramis elongatis: ramulis multifidis minutis subnutantibus flavescentibus.* Tab. III. fig. 3.

Prov. per raro in sylvis.

Icon allegata partem hujus fungi modo exhibet, naturalis ejus magnitudo enim dimidio major. *Caulis* inter crassos et tenues medium tenet locum, succo sanguineo penetradus, in *ramos* plures elongatos divisus, qui versus apicem flavescunt; *ramuli* e contrario tenuissimi, et breves, subnutantes, colore alutaceo.

Obs. Autumno quodam pluvioso semel sese mihi obtulit haecce species, hinc utrum nondum explicata, et forma ne et color ei prorsus constans, an varietas modo *Clavariae botrytis. Comment. de fung. clavaef.* p. 42. sit, ulteriores decernant observationes.

93. Geoglosum **glabrum**: *glabrum, ex spadiceo nigrum, stipite subsquamuloso.*

Geoglossum glabrum. *Comment. de fung. clavaef.* p. 36.

Provenit in colliculis graminosis, autumno.

Obs. Cum icones, nec non descriptiones auctorum hoc de fungo dissentiant, uti in *Commentatione* hoc adnotavi, ad perturbationem evitandam, exactam *hujus mei fungi* descriptionem adjungam.

Stipes basi ubi terram intrat villo albido distinctus, apice subincrassatus, undulatus, solidus, nunc, praesertim apice, squamulosus, nunc laevis, $1\frac{1}{2}$ unc. longus, lin. 1. et ultra crassus.

Clavula unc. 1. alta, 3 lin. lata, canuliculata, rarius turbinato - plicata, rarissime bifida, glaberrima, per lentem quasi cellulosa; *color* primo obtuitu quidem niger videtur; sed ad spadiceum vergit, opacus est, dein parum cinerescit.

Obs. Sequentem varietatem, aut subspeciem in pratis paludosis montosis rarissime inveni, quae teneritate et colore atro, nec non stipite manifeste squamuloso discrepat, cujusque clavula etiam divisa reperitur.

β. G. *uliginosum*, tenerius, atrum, stipite longo, squamulis subimbricatis. Tab. III. fig. 4. a.

94. Geoglossum **atropurpureum:** *glabrum, atropurpureum.* Tab. III. fig. 5.

Geoglossum *purpurascens*: atropurpureum glabrum, clavula compressa laevi. *Comment. de fung. clav. p.* 39. 40.

Hab. in locis graminosis, colliculosis, autumno post pluvias densas.

Stipes non squamosus, sed superficie fibrillosus, pro ratione crassus, teretiusculus, aut compressus. Magnitudo totius fungi ut plurimum semuncialis, ad summum biuncialis.

Obs.

Obs. Nonnulli fungi, si sero autumno post multas pluvias frigus mox ingruat, formam quandam peculiarem, luxuriantem assumunt, quod hoc anno in nostra specie observare mihi contigit, quo evictus sum, *Clavariam atro-purpuream* Batsch. *El. Fung.* p. 134. t. II. f. 48. non distinctam speciem, aut varietatem, uti hoc in *Commentatione* autumavi, efficere; verum ejus clavulam difformem et justo majorem ab aëris injuria ortam fuisse.

95. Sphaeria bulbosa: *terrestris subramosa nigrescente - cinerea, radice tuberosa subglobosa.* Tab. I. Fig. 1. a—d.

Sphaeria bulbosa. *Disp. meth. fung.* p. 2. *Comment. de fung. clavaef.* p. 14.

Hab. autumno in pinetis ad terram inter muscos, et folia pinea, sub quibus tuber absconditum est. Haec est pars radiciformis plerumque globosa, aut ovata, sed in valde adultis subdifformis evadit. *Clavula* in junioribus teres, et colore cinarescens, dein subcompressa, praesertim apice, inque ramos nonnullos divisa.

96. Sphaeria digitata: *cespitosa nigra, stipitibus basi connatis glabris, clavulis teretibus acuminatis: apice sterili.* Tab. II. fig. 1. et 6.

Sphaeria digitata. *Comment. de fung. clav.* p. 15. (cum Synonymia).

Provenit ad ligna fabrefacta, in palis ad domicilia etc. hyeme. In sylvis vero mihi hucusque nondum obvia.

Q[illegible]

Quoad aetatem *Clavulae* forma sunt variae, hae enim in nondum maturis sunt conicae, laeviusculae, acutae; sursum rufescente - cinereae; in bene maturis vero breviores, quasi turgidae, capsulis prominentibus tuberculosae, colore atrae. *Gelatina* sub microscopio observata e thecis fusiformibus constat, quae continent sporulas sublunatas.

97. Sphaeria polymorpha: *gregaria, forma varia, stipitibus distinctis, clavulis ventricosis - sphaerulis undique cinctis.*

Sphaeria polymorpha. *Comment. de fung. clavaef. p.* 17. (cum Synonymis.)

Sphaeria *Carchariae* var. *β.* obtusa. *Weig. obs. bot. pag.* 149. *t.* 3. *f.* 6.

Prov. in sylvis fagineis ad truncos putrescentes non infrequens, autumno, quo charactere, nec non clavulis apice ut plurimum sphaerulis cinctis ab antecedente differt.

De polymorpha hac specie sequentes mihi notae sunt varietates.

Var. 1. *pistillaris*: solitaria, clavula subtereti stipiteque elongatis. *Tab.* 2. *f.* 5.

Clavaria *lignea*, simplicissima clavaeformis dura nigra. *Willd. Fl. Berol. p.* 40.

Var. 2. *spathulata*: clavula conica compressa, stipite breviusculo. *Tab.* 2. *f.* 2.

Var. 3. *ficoides*: clavula subpyriformi, stipite longo sursum incrassato.

Var. 4.

Var. 4. mamillana: clavula ventricosa, acumine longo, crasso, conico, sterili, terminata. T. 2. f. 4.

Dantur et nonnullae varietates intermediae, quae transitum ad unam, alteramve, efficiunt. stipiteque nimirum plus, minusve, longo, aut brevi, sic et clavula turgida, aut tereti, brevissima, aut elongata, instructae. *Stipes* in omnibus fere sursum incrassatus, flexuosus, superficie plicato-rugosus; basi plures secum connati, et colore parum rufescunt. *Clavulae* externe ob sphaerulas usque ad apicem papillato-rugosae sunt, qui vero nonnunquam, praesertim in *var.* β, sterilis est, coloreque cinerascens; in *var.* ε, quae hinc, ut species propria, non male conspici potest; apex $\frac{3}{4}$ unc. fere est longus, 2-3 lin. crassus, conicus, laevissimus, rufescente-cinereus, uti ex icone apparet. *Substantia* interna alba, radiatim fibrosa, dura.

Adnotare adhuc debeo, me aestate clavulas hac in specie observasse, pulvere glauco adspersas, qui forte eadem natura, eodemque fine esse aestimari potest, quam ille pulvis, quo *Sphaeria Hypoxylon* sero autumno tam copiose obtecta invenitur.

98. Sphaeria Carpophilla: Tab. I. fig. 3. a-f.

Obs. De hacce specie jamjam in parte prima hujus operis p. 19. et in *Comment. de fung. clavaeform. p.* 18. descriptionem, et synonyma, attuli, ob iconem, ex qua differentia ejus a *sph. Hypoxylon Obs. Mycol. I. p.* 20. *t.* 2. *f. a.* elucebit, adhuc semel ejusdem mentionem facere necessarium omnino fuit.

99. Sphaeria **alutacea**: *subgregaria, carnosa, opaca, pallida; clavula sublaevi.* Tab. I. fig. 2. a-c.

Sphaeria alutacea. *Comment. de fung. clavaef. p.* 12.

Sphaeria clavata. *Sowerby engl. fung. p.* 159?

Prov. in pinetis, ad terram, foliolis, aut ramulis, abietinis adhaerens; semel quoque hancce speciem chrysalidibus innascentem observavi.

Colore primum dilute alutacea, deinde obscuriori, in valde adultis, aut in subputrescentibus parum sordide olivacea fit. Juniores conicae sunt, maturescendo sursum incrassantur, et in individuis subluxuriantibus (*b*) ventricosae evadunt. 2 unc. et ultra longae.

E *sphaerulis* clavulae superficiem occupantibus gelatina, filorum ad instar, erumpit. *Substantia* inter omnes hujus familiae species tenerrima, hinc fragilis, et valde levis.

100. Sphaeria **militaris**: *carnosa, flavescente rubra; clavula sphaerulis prominentibus tuberculosa.* Tab. II. fig. 3.

Sph. militaris. *Comment. de fung. clav. p.* 11.

Hab. autumno memorabilis haecce species, nunc in sylvis ad truncos putrescentes, nunc ad sepes ad terram, vel in pratis, aut locis graminosis sub terra.

Obs. Plures quidem de ea extant icones, verum illam in *Fl. dan. t.* 337. *f.* 1., et quae apud *Holmskiold coryph.* occurrit, si excipias, naturae haud consonae, praesertim quoad colorem, mihi videntur, hinc et meam, etiam ad distinguendam a praecedente specie, non superfluam spero.

Gela-

Gelatina e sphaerulis peculiari etiam modo propellitur, nimirum si clavula optimo in vigore, et parum humectata, luci obvertatur, tunc ex sphaerularum ostiolis laticis particulae, ut vermiculi continue avolant, aut clavula exsiccanda a gelatina sensim exsudante villo albo, ut aranea, involvitur.

101. Sphaeria ciliata: *subcircinata; ostiolis longissimis, divaricatis, subflaccidis, in cortice prominente nidulantibus.* Tab. 5. fig. 2 et 3.

Sphaeria *hystrix;* nigra, ovalis, convexa-plana, aggregata, monosticha, stilifera; stilis spermaticis proceris, superne subincrassatis, cum globulis connatis; *Tode fung. Mecklenb.* 2. *p.* 53. *t.* 16. (Hujus loci est).

Hab. vere ad ramos ulmeos. *Spherulae* ovatae a numero 8 — 12 variae, laeves, stromate distincto, inter se non connatae, sed in corticis fibrosa substantia, quae bullatim prominet, nidulantur, ostiola, ut cilia, prominent, laevia glaberrima, et, uti videtur, parum incrassata, lineam 1., et ultra, longa.

102. Sphaeria populina: *cespitosa, atra; sphaerulis ovatis, laevibus, subdivergentibus, receptaculo compacto insidentibus.*

Hab. ad ramos populneos passim. Colore aterrimo facile sese distinguit; totus cespitulus prominet e sphaerulis ovato-oblongis, subpapillatis, subnitentibus constat, receptaculum, in quo insident, e materie compacta, subceracea, quasi constat.

103. Sphaeria **fuliginosa**: *cespitosa, sphaerulis globosis, opacis, fuliginoso-nigris, farctis, laevibus.*

Hab. passim ad ramos exsiccatos, cespitulum latum efficiens. *Receptaculum* tenuissimum; *Sphaerulae*, uti videtur, astomae, apice quidem quasi externe dehiscunt, verum non ita rimosae, quales sphaerulae *sphaeriae Berberidis* sunt, quae etiam majores.

104. Sphaeria **mucosa**: *effusa, aggregata, mollis, primo rubescens, demum opaca, nigrescente-grisea.*

Hab. externe in Baccis *Cucurbitae Peponis* putrescentibus, ubi ad latitudinem bi-triuncialem ex epidermide corticis erumpit; primo forma orbiculari sese exhibet, et colore sordide roseo, superficieque rugosa distincta; demum nigricans; exsiccata vero cinerea fit.

Sphaerulae ipsae mollissimae.

Obs. Primo intuitu quemque incertum relinquit, an revera hocce ad genus pertineat nec ne.

105. Sphaeria **longissima**: *monostícha, nudiuscula; sphaerulis minutis, in series longissimas, parallelas, congestis.*

Hab. in caulibus exsiccatis plantarum, praesertim Chaerophylli, Anethi etc.

Descr. Lineae nigricantes plures, parallelae, ab uno caulis nodo ad alterum procedit, ex quo longitudo huius

spe-

tpeciei sit cognoscenda. *Sphaerulae* ipsae densae sibi approximatae, simplices, ostiolo brevi, obtuso instructae; pars caulis, s. epidermidis, ubi proveniunt, nigro quoque inquinatae, e qua papillaeformes, sub lente observatae, erumpunt, colore e longinquo, e cinereo-nigrae. Sequens hujus modi varietas videtur.

106. Sphaeria **nebulosa**: *sphaerulis sparsis, maculas subnigrescente — griseas, interruptas, inaequaliter lineatas, efformantibus.*

Hab. quoque in plantarum caulibus.

107. Sphaeria? **Himantia**: *sphaerulis in maculam e fibrillulis centrifugis constantem aggreggatis.*]

Hab. ad caules plantarum perraro singularis haecce species. Maculae nigrescentes, magnitudine variae, majores, 3 lin. fere latae, si lente examinentur, tunc e medio fila venosa undique ad perephaeriam tendunt, in quorum medio observantur pustulae nigricantes, quae verosimiliter *sphaerulae* sunt.

108. Sphaeria **complanata**: *sphaerulis sparsis, laevibus, utplurimum pressis; ostiolis papillatis.*

α. *denudata*; major; sphaerulis ut plurimum denudatis collapsis.

β. *tecta*; minor; sphaerulis tectis; ostiolis prominentibus.

Sphaeria *complanata*, simplex aggregata (?), mamimorfis pulla; collabescendo complanata. *Tode Fung. Mecklenb. Fasc.* 2. p. 21. *t. XI. f.* 88. (var. β.)

Hab.

Hab. frequens ad caules exandos plantarum omnigenarum praecipuae *var.* β.

Sphaerulae substantia parum molles, externe laeves, humidae, orbiculares; exsiccatae collapsae, depressae, colore atrae, punctiformes.

109. Sphaeria acuta: *graegaria; sphaerulis nudis, atris, nitidis, subglobosis; ostiolis spinulosis, crassiusculis, cylindricis.*

Sphaeria *acuta;* solitaria, minima, atra. *Hoffm. veg. grypt.* 1. *p.* 22. *t. f.* 2. *Sowerby engl. fung. t.* 119.

Hab. ad *basin.* caulium aridorum, praecipue *Urticae dioicae*, vere praesertim, ubi, si caulis talis aridus e loco natali extrahatur, sese facile colore atro, et ostiolis acutis, spinulosis, manifestat.

Obs. Ostiolis longioribus, excipiendis; Ceterum antecedenti affinis est haecce species, quae exsiccata quoque saepe collabitur.

110. Sphaeria Erythrostoma: *epiphylla, sparsa, folio immersa; ostiolis prominulis, obtusis, rubellis.*

Singularis haecce species provenit vere in foliis *Pruni avium* exsiccatis, sed adhuc de ramis pendulis; ubi e longinquo ut punctula nigra apparent, lente illustrata ostiola sphaerularum, foliis inmersarum, conspiciuntur obstusiuscula, indurata quasi, colore sordide rubra.

111. Lycoperdon molle: *subsolitarium, turbinatum, obscure fuligineum, molle; squamulis deciduis, pulverulentum.*

Hab.

Hab. in quercetis praesertim, ad terram, autumno; nunc solitarie, nunc subcespitose.

Descr. Peridium obovatum, subumbonatum, semunciam fere longum, unc. 1 apice latum. *Squamulae* nonnullae, recenti in fungo, spinulosae; demum omnes deciduae, ita, ut hanc ob causam, nec non ob peridium substantia tenue, ad tactum molle evadat. *Color* primo fere dilute, sordide, olivaceus; dein obscure fuligineus.

ONYGENA.

Peridium subrotundum, siccum, persistens. *Pulvis* compactus, cohaerens, *filis* nullis intertextus.

112. Onygena equina: *gregaria, stipitata, albicans; peridio orbiculari, glabro, rugoso, subfurfuraceo.* Tab. fig.

Lycoperdon *Equinum*; stipitatum; stipite cylindrico; capitulo sphaerico, pulverulento, circumscisso. *Willd. prodr. fl. Berol. p.* 412. *t.* 211. *f.* 20.

Coralloides fungiforme, ex ungula equina, livide rubescens. *Dill. hist musc. p.* 78. *nr.* 5. ? (Colore omnino differt.)

Hab. autumno in unguibus deciduis equorum; hisce fungillis majoribus, minoribus, individuis intermixtis, fere totis obtectis, passim in sylvis.

Descr. stipes breviusculus, parum crassus; superficie subfibrilloso-squamulosus, firmus. *Peridium* lin. 1—1½ latum subrotundum, subtus parum umbilicatum, aut ad marginem circa stipitem contractum, nullo tomento in-

ro-

volutum, sed per lentem scabrum, e longinquo farinaceum quasi; more aliorum apice non dehiscit, quod ob naturam pulveris seminalis quoque haud necessarium esset, forte dein indeterminatim cum pulvere dilabitur; cel. *Willdenow* vero illud denuo circumscissum evadere l. c. pronunciat.

Pulvis, si substantia fungi interna ita denominari liceat, colore fuscescens, materie unguinosa, inter se quasi cohaerens, et nec cultello dispergibilis, per microscopium compositum indagatus e sporulis ovatis consistit, intra eum vero nulla indagare potui fila, quo a ceteris *Lycoperdis* jam differt.

Obs. Lycoperdon gossypinum. *Bolt. Funguss. p.* 171. *t.* 178 (excl. synon.) in ungulo equino quoque crescens ob peridium *tomentosum*, et *turbinatum*, distincta huius generis species videtur.

113. Onygena? decorticata: *gregaria, e cinereo — subfuliginea; capitulo molli; cortice destituto.* Tab. VI. f.

Semel a me in *trunco* reperta. Antecedente, e longinquo non absimilis, quacum magnitudine, et forma parum, et colore congruit; sed capitulum subtus ad stipitem umbilicatum, peridio manifesto cinctum, non vidi; nec *intus* pulvere repletum, sed totum e villo valde compacto constare videtur; externe pulverulentum. *Stipes* tenuiusculus, basi membranula brevi, villosa, ligno adnatus.

Obs. Dubium huncce fungillum eam ob causam hic delineari curavi, nec non descripsi, ut alios fungorum scrutatores attenti ad eum reddantur, quo novioribus observationibus huius fungi historia absolvi possit

STIC-

STICTIS.

Receptaculum subcupulaeforme, aut obliteratum, ligno immersum.

114. Stictis radiata: *immersa; ore prominente, niveo, integro, aut radiatim fisso.*

Lycoperdon *radiatum*, disco hemisphaerico; radio colorato. *Lin. syst. pl. Ed. Reich. v.* 4. *p.* 624.

Sphaerobolus *rosaceus*, urceolatus, nudus, immersus, candidus; limbo rosaceo, reflexo; vesicula seminifera albescente. *Tode fung. Mecklenb.* 1. *p.* 44. *t.* 7. *f.* 58.

Lichen excavatus. *Hoffm. En. Lich. p.* 47. *t.* 7. *f.* 4.

Peziza *marginata*, concave brownish edge flat somewhat scolloped, snow white. *With. bot. arrang. of engl. fung. ed.* 3. *vol. IV. p.* 351. *Relh. fl. cantab. suppl.* 2. *p.* 29. *Sowerb. engl. fung. t.* 16.

Hab. ad ligna exsiccata *Fagi*, *Quercus*, praesertim *Pini*, ubi colore eleganter niveo facile esse manifestat; capituli aciculae magnitudine; substantia sicca. Loco natali toto immersa, margine primum clauso, prominente, subfarinaceo, aut integro, aut radiatim lobato.

Obs. Huncce fungillum verum *Lycoperdon radiatum* Lin. esse, me docuit cel. *Schwarz*, dignissimus quondam discipulus *Linnaei, filii*, qui hanc speciem primo invenit, illustrique patri dedit. Nihilominus *Linnaei* descriptio, et b. *Todei* observatio, inter se, et a mea tantopere differunt, ut quisque diversos fungos esse facile putaret. Horum virorum observationes huc denuo addere non supervacaneum erit:

„Magnitudo dimidii fructus Coriandri. *Discus* subglobosus, fuscus, elastice dehiscens, expellensque, cum

avo-

avolante polline, lanam bombycinam tumescentem, fuscam rariorem adhaerentem. *Limbus* campaniformis, niveus, sectus fere ad basin in partes 2. aequales, disco paulo longiores, basi integra, ovali cingente discum. *Linnè. l. c.*" —

„Fungus ejaculatorius sessilis, globoso — concavus; vertice radiatim findendo; *vesicula* seminifera globosa *ejicienda* (*Char. genericus*) *Materia* (pars spermatophora) demum viscidula ante formationem vesculae seminalis membranula tecta, quae tandem in *vesiculam* ipsam abit." *Tode l. c.*

Ego vero partem fructigeram, s. discum, inclusum fungilli basi adhaerentem, nec vesiculae formem, ubi hoc in *Lycop. carpobolo L.*, ad quod genus b. *Tode* eum retulit, obtinet, prosilientem, nec in capillitium solutam, *Trichiis* solenne, hactenus observavi.

115. Stictis **pallida**: *pustulaeformis, pallida ligni ore elliptico dehiscente.* Tab. VI. Fig. 6. et 7.

Passim ad ligna exsiccata faginea, aut *Taxi baccatae.*

Obs. Inter simplicissimos fungos pertinet, cum solummodo disco fructificante, ligno inclusae, constet; forma, et substantia, *pezizarum*, margine distincto non prominet, sed ligni pars, sub qua nidulatur, ore nitido, nunc rotunde, nunc more *Hysteriorum*, elliptice dehiscit; in ligno molliore vero ita ampliata, ut fungilli discus fere denudetur. *Color* amoene pallidus, aut dilute ochraceus.

116. Stictis? **rufa**: *applanata, orbicularis, subinmersa, obscure rufa.* Tab. VI. f. 6.

Crescit

Crescit rarissime ad lignum exsiccatum *Taxi baccatae.*

Antecedente paulo major; puncta rufa repraesentans. Lente conspecta *Pezizam* quandam applanatam referens, verum non concava, nec margine instructa est, quamvis amborum generum nonnullos characteres prae se ferat; parte enim ligni albidiori reddita, tomentosa quasi, inmersa est.

Obs. Unum, alterumve fungillum adhuc possideo, membrauam subcarnosam, aut subcoriaceam, simplicissimam, aemulantem; ramorum corticibus, aut ligno, inhaerentem; colore vero diversum, quem alio loco adducere volo.

117. Peziza coccinea: *stipitata; cupula turbinata, aut infundibuliformis; intus coccinea, externe subtomentosa, albida; margine, ut plurimum, crenata.*

Peziza *cupularis*; globoso- campanulata; margine crenata. *Linn. Fl. suec. 2. n.* 273.

Fungoides glandis cupulam referens; margine dentato. *Vaill. bot. paris. p.* 57. *t.* 11. *f.* 1. 2. 3. (sed autumno crescere dicitur).

Peziza *potuliformis;* petiolata, pyriformis, cava, coccinea. *Hoffm. veg. crypt.* 2. *t. VII. f.* 5. *p.* 27.

Elvela coccinea *scop. carn. II. p.* 429. — 80.

Peziza coccinea *Reich. Fl. Moeno - Francof. n.* 987.

Octospora coccinea. *Timm. megap. p.* 261.

Peziza *coccinea*; pyxidata, subpetiolata, arborea, intus coccinea *Wigg. prim. Fl. hols. p.* 106.

Fun-

Fungus pyxoides, coccineus. *Loesel Boruss. p.* 97.

β. Peziza coccinea *Jacq. Fl. Austr. t.* 163.

Peziza coccinea. *Bolton Funguss. t.* 104. *c.* (Fig. A. B. aliam, et diversam, speciem indicat.)

Peziza *epidendra*; lata, tenuis, cerea, fragilis, glabra, stipitata, subtus albo lutescens; cratera e vesiculosa cupulari, coccinea. *Bull. champ. p.* 246. *t.* 467. *f.* 3.

Peziza epidendra. *Sowerb. engl. fung.* t. 13. (Stipitem vero tam longum nunquam vidi. Color quoque nimis vivide, uti videtur, expressus: An hinc varietas, aut diversa species?)

Peziza acetabuliformis, coccinei intus coloris. *Batarra fung. armen.* p. 27. T. 3. f. N.

Initio veris, ut plurimum mensi *Martii*, pulchra haecce species in sylvis denudatis, adustie passim, occurrit, magnitudine unci. —

Auctorum delineationes, ab hac specie desumtae, parum differunt, quod vero hinc ortum videtur, cum pro diverso maturitatis stadio forte institutae fuerint, quarum nonnullae nihilo minus varietates, aut subspecies, sistere videntur.

Ceterum non solum colore pulchro, aut crescendi tempore, sese distinguit, sed hanc ob causam memoratu dignissima est, cum huic fungo *Historiam agri Ariminensis* debemus; dicit enim beatus *Batarra* l. c. „*Hujusce fungilli nitor primus fuit, qui me ad legendos fungos excitavit.*"

118. Peziza aurantia: *acaulis, cespitosa, flexuosa, aurantia; extus albidior.*

Pezi-

Peziza *cochleata; turbinata, cochleata* Linn. *Fl. Suec.*? *Vaill. l. c. p.* 57. *t.* 9. *f.* 8.

Peziza *cochleata*; turbinata, cochleata; interne aurantiaco - coccinea; externe albicans. *Willd. Berol. p.* 401.

Peziza coccinea *Bull. champ. p.* 269. *t.* 474. *Sowerb. engl. fung. t.* 148. *Bolt. funguss. t.* 100.

Hab. autumno ad terram, et fere semper iu vicinitate caudicis caesi, et excavati *quercini.* Latitudine $1\frac{1}{2}$, ad biuncialem. Aetate juniore omnino integra, s. orbicularis, subconcava, demum flexuoso — expansa, aut uno latere incisa contorta fit, extus parum quoque tomentosa, et, pro more, superne, non vero externe, semina, fumi ad instar, copiose emittit; substantia rigida, fragilis.

119. Peziza umbrina: *acaulis, cespitosa, subcontorta, umbrina.*

Peziza cochleata *Sowerb. engl. fung. t.* 5.

Obs. 1. Elvela *ochroleuca;* acaulis; pileo concaro, plicato, multiformi, glabro; extus terreo; intus ochroleuco. *Schaeff. fung. tom.* 3. *p.* 109. *t.* 274. primo intuitu similis; sed tamen diversa videtur; fungus *Sowerbyi*, qui etiam his in regionibus ad terram, sed non tanta magnitudine, crescit, dimidio vero major, et intus umbrinus, extus sordide lutescens est; fungus *Schaefferianus* e contrario majorem cespitem efformat, angustior, et externe umbrinus, interne lutescens, etiam in ligno crescens, delineatus est.

Obs. 2. An Elvela *ochracea*, acaulis; pileo concavo, plicato multiformi, ochraceo *Schaeff. l. c. p.* 103. *t.* 155.

et

et Elvela *scutellata*; acaulis; — pileo concavo, plicato, multiformi, glabro, luteo; *Ejusd. p.* 101. *t.* 150. hujus modo varietates, aut diversae species? prior stipite quodam sese distinguit quamvis colore conveniat, minor tamen est; posterior colore flavescente differt.

Obs. 3. Ex autopsia dijudicare quoque haud possum, an Elvela *cochleata*, coriacea, sessilis hemisphaerica, auriformis, subcochleata, supra ex fusco nigra, subtus alba, venis costato - ramosis. *Wulf. misc. Austr. p.* 112. 113. *t.* 17. *f.* 1. diversa species, sit, nec ne.

120. Peziza alutacea: *acaulis, cespitosa; externe albida; intus pallescente — fuliginea; stipite brevissimo, albo - tomentoso.*

β. Subsolitaria; extus alutacea; intus e fuligineo sub - purpurascens.

Prov. in sylvis, locis umbrosis.

Peziza cochleata. *Bull. champ. p.* 268. *t.* 154. (exclusis synonymis —)?

Obs. Stipes, potius ut radix salutandus, duas lineas latus; *cupula* $1\frac{1}{2}$ unc. fere lata, externe glabra, demum sublacunosa.

121. Peziza badia: *subacaulis; cupula integra, margine subinvoluta; intus obscure brunnea; extus pruinato - olivacea; stipite brevissimo, albo - tomentoso.*

Peziza cochleata *Bolt. Funguss. p.* 99. *t.* 99. (Figurae praesertim superiores.)

Hab.

Hab. passim in sylvis ad terram autumno; $1\frac{1}{2}$ unc. la-a, sublacunosa. Sequentem affinen fungum, qui vero ion mera varietas videtur, huc quoque adducere lubet.

β. P. *truncigena*: solitaria, magna; cupula sessilis, nterne purpurascente - badia, externe fuligineo - lu-escente.

Hab. rarissime ad *truncos*, concava, $1\frac{1}{2}$ uncias magna, ½ unc. alta.

22. **Peziza crenata**: *sessilis, solitaria, minor, subcinerea; cupula ventricosa, margine crenata.* Tab. IV. Fig. 6.

Peziza crenata. *Bull. champ. t.* 396. *f.* 5. (exclusis ynonymis.)

Hab. autumno, passim, ad terram, in faginetis; ad. atera truncorum.

Descr. Tres ferme lineas alta, et lata; externe farina juasi adspersa; interne griseopallida, margine subinflexa, renulata, s. dentata, involucro nucis quercinae exacte imilis; substantia fragilis, versus basin tenuior.

Datur varietas, ubi uno latere cupula ad basin incisa ist. (*Fig.* 7.)

23. **Peziza rufa**: *sessilis, stipitataque, glabra, rufa; cupula crassiuscula, concava.*

β. major, substipitata, cupula subflexuosa; stipite ilbido.

Hab. frequens ad conos deciduos *Pini sylvestris*, ubi essilis; cnpula minor, minus excavata. *β.* in pinetis ad

ad terram, aut foliis pineis adhaeret; dimidio major, minus conferta; et cupula subinfundibuliformis est.

124. Peziza Solani: *gregaria, sparsa, pallescens, glaberrima; cupula ex hemisphaerico infundibuliformi; stipite longo.*

Peziza hirudo *Batsch El. Fung. tab* 149 ? (Quoad formam, multo vero major est.)

Hab. aestate post pluvias satis frequens ad caules *solani tuberosi* exsiccatos, autumno praeterito in cespitem collectos, locisque umbrosis dejectos. Quoad cupulae magnitudinem inter minores quidem pertinet, sed stipite longiusculo, quartam ipsius cupulae partem. Color huius species primo aquose pallidus, in fungo exsiccato obscurior fit.

Obs. Simul. eodem in loco observavi specimina quadruplo majora, fere sessilia, ac colore vividiora, quae, aut varietas luxurians, aut distincta species videtur.

125. Peziza cinerea: *gregaria, acaulis, glabra, dilute cinerea; margine suberecta albicante.*

Peziza *cinerea;* sessilis, plana, diaphana, cinerea. *Willd. berol. nr.* 1172. *Batsch Elench. fung. Cont.* 1. *p.* 197. *nr.* 136. *t.* 26. *f.* 137. *Sowerb. engl fung. t.* 164.

β. pallida; conferta, depressa, subangulata; disco sordide pallida, subtus nigrescens. Octospora pallida. *Schrank Fl. bav. nr.* 1474.

γ. alba; Sparsa, subdepressa, alba; margine erecto, tumido.

Pezi-

Peziza *nivea;* sessilis nivea, planata tota, vel margine angusto cincta. *Batsch El. fung. cont.* 1. *p.* 117. *t.* 56?

Hab. frequens ad ramos putrescentes, praesertim vero intra fissuras truncorum; autumno. *β.* etiam vere in salicibus cavis occurrit; Substantia subtremellosa, dimidium lineae magna; *α* magis sparsa provenit. *β.* aut in series crescens, aut plura individua stellatim conglomerata sunt; margine repando. Exsiccata diminuitur, et maculas nigras repraesentat. *γ.* hanc ob causam huc, ut subspeciem, retuli, cum simul cum *α.* eodem in trunco crescentem inveni; saltem forma, et magnitudo, non recedit. Ceterum *Peziza callosa Bull. champ. p.* 255. *t.* 416. *f.* 1 cum varietatibus huc quoque pertinet.

126. Peziza confluens: *aurantia; cupulis confluentibus, subimbricatis, planiusculis, tomento albido insidentibus.* Tab. V. Fig. 6. et 7.

Provenit singularis haecce species ad terram, locis adustis; substantia, et partibus fructificationis, cum ceteris *Pezizis* convenit, quamvis forma differat, quae irregularis est, subconvexa, saltem planiuscula, margine lobata, s. undulata, plures in unam confluunt superficiem. Afflata semina, fumi ad instar, in auras avolant.

Obs. Talibus in locis, particulis carbonaceis, et cineribus, supercrescens, alius, colore, et substantia, vero subsimilis fungus, 1—2 unc. latus, mihi nonnunquam obvius fuit, qui, quantum meminisse possum, e massa uniformi, cuidam *Corticii* speciei similis constitit, qui nostrae *Pezizae* affinis, formaque diversus, transitum vero ad *Telephoras*, efficit, quarum non paucae, aetate prae-

 sertim

sertim iuniore, ubi omnes resupinatae sunt, plus, minusve, *Pezizas* habitu, non vero substantia, et interiore structura, aemulant; conf. *Pez. antiquata. Batsch. El. fungor. Cont.* 1. *p.* 203. *f.* 141. quae meram Telephorae junioris speciem indicat.

127. Peziza **Rosae**: *sparsa, sessilis; cupulis concavis, subcoriaceis, nigrescente - spadiceis tomento concolore insidentibus.*

Myrothecium *hispidum*; sessile, coriaceum, hispidum, fuscum, sparsum; cupulae margine in valvam continuato; repletura seminali fuscescente, subpellucida. *Tode fung. Mecklenb. p.* 27. *t.* 5. *f.* 41? Reperitur hyeme non infrequens ad ramos *Rosae caninae* dejectos. *Cupulae* lineae dimidiae latitudine subtomentosae.

128. Peziza **Pruni avium**: *tomento s. subiculo lato nigro, cupulis minutis sparsis concoloribus: ore subconnivente albicante.*

Hab. passim vere, ad caudices juniores exsiccatos *Pruni avium*, ubi mox colore fere nitente-atro et cupulis subglobosis, ore albicante instructis, sese distinguit.

129. Peziza **Hysterium**: *sparsa nigra mollis subrotunda oblongaque rugosa: ore connivente utplurimum oblongo.*

Hab. in caudice quercuum annosarum Lichenibus crustosis innascens.

Primo intuitu quemque omnino incertum relinquit quodnam ad genus potius referenda sit haec species Obiter

iter enim adspecta scutellas *Lichenis* cujusdam aemulatur; sed substantia mollior, intusque cava est. Ob gelatinae defectum et aperturae formam a *Sphaeria* omnino qnoque recedit, quia medio longitudinaliter quasi dehiscere videtur *Hysteriis* proxima; interea nonnulla individua modo ita apparent, cum pleraque tota clausa, et apertorum margines longitudinaliter approximantur; substantia quoque carnosa, mollis obstat. E contrario plurimos Pezizarum characteres in se continet, quae sequentes sunt.

1. Forma rotunda.
2. Substantia carnosa.
3. Aetate juvenili quidem clausa est, adulta vero, praesertim aqua irrorata, dehiscit ore oblongo aut triquetro, pallescente serrulato.

Ceterum forma est subrotunda ovata, angulata aut flexuosa, externe rugulosa, exsiccata subdepressa, intus extusque nigra; lin. unam lata.

130. Peziza **pinastri**: *sparsa substipitata atro-nitida, margine acuto.*

Hab ad cortices Pini, ex quibus tota prominet: stipite subtenui inmerso remanente.

Obs. Colore toto nigro a *Peziza cerasi* differt, et cum solitarie, nec cespitose crescat, nec non ob *cupulam* tenuiorem, hinc subflexuosam, et nitidam pro varietate Pezizae *prunastri* non sumenda; crustae defectae, nec non loco a *Lichenibus* removenda, quamvis structura et substantia exacto cum Lichenum scutellis conveniat.

131. Peziza Sclerotium: *sparsa minuta tomentosa candida ore connivente globosa.*

Sclerotium *villosum*, sphaericum villosum aggregatum. *Tode fung. Mecklenb.* 1. *p.* 6. *t.* 1. *f.* 10?

Prov. vernali tempore ad caules aridos plantarum majorum.

Cupula acaulis tempestate praesertim sicca, clausa est, aëre humido ejus discus parum conspicuus fit. Ceterum inter minutissimas pertinet species, dum ut granulae tertiam lineae partem ad aequat.

132. Peziza incarnata: *sessilis globosa hirsuta incarnato - albida.*

Verno tempore in caule herbarum majorum. Uti et antecedens, cujus forte varietas, minutissima, plerumque clausa, extus albida, intus incarnata.

133. Peziza transparens: *gregaria subsessilis subglobosa tomentosa alba: disco flavo transparente.*

Habitat rarius, primo vere, in virgultis aridis Gregarie nascitur, lineam vix lata. Junior plantula fere globosa et clausa; adulta parum sese explicat disco flavo subdenudato; quinam color interea foras translucet.

Stipes brevissimus, $1\frac{1}{3}$ lin. vix altus.

Obs. An quoad speciem a *Peziza Oxiacanthae Obs. mycol.* 1. *p.* 41. diversa? Stipite, licet brevi, ab antecedente differt.

134. Peziza **convexula**: *terrestris glabra sessilis subconvexa ochraceo-carnea.*

Obs. Huic speciei singulare, quod, etiamsi inter minutas pertineat: $\frac{3}{4}$ lin. enim vix lata est, tamen in sylvis ad terram nudam, ubi autumno rarius invenitur, provenit. Sic pluribus a aliis speciebus facile quoque dignoscitur, quod *cupula*, quae orbicularis, disco non concava est. *Color* huic ex ochraceo subrubescit.

135. Peziza **pallescens**: *conferta glabra albida demum pallescens, stipite crassiusculo, cupula infundibuliformi.*

Peziza lenticularis. *Hoffm. Fl. germ.* 2. *t.* 13. *f.* 4.

Hab. passim ad truncos exsiccatos fagineos.

Quoad habitum cum *Peziza citrina*, *Disp. method. fung. p.* 34. f. 1. octospora, citrina *Hedwig Descr. et annal. musc. frondos.* 2. *t.* 8. *Fig. B.* convenit, dimidio vero minor est, et praecipue colore differt, qui in optimo fungi vigore albidus est, dein vero pallescit. *Cupula* substantia crassiuscula, juniorum formam habet exacte obconicam, in adultis magis explicatur.

Huic speciei adhuc solenne est, quod frequens in societate *Domatii antennaeformis Hoffm.* crescens observatur; uti ex descriptione et icone *cel. Hoffmanni* (l. c.) videri potest.

136. Peziza **lenticularis**: *congesta adpressa subconvexa laete flava, stipite vix ullo papillaeformi nigrescente.*

Peziza

Peziza lenticularis sessilis. *Bull. champ. t.* 300. f. a. c. Elvela lentiformis *scop. Fl. carn. ed.* 2. *v.* 2. *p.* 481.

Peziza *flava*, sessilis plana orbiculata, flava. *Willd. Berol. nr.* 1175.

Hab. sero autumno, et fere hyemis initio ad truncos et ramos exsiccatos frequens.

Descr. Cupula latitudine linearis, juniorum subinfundibuliformis, demum convexo - plana, lentiformis; in senescentibus individuis, Hymenio delabente, ut glumae fabae remanent. Porro sessilis est haec - species, sed tamen prominentia quadam papilliformi, nigrescente; in aliis stipite quodam crassiusculo pallido trunco adhaeret.

137. Peziza coronata: *stipitata pallescens, cupula glabra, margine dentibus elongatis strictis, stipite longiusculo incurvo albido.*

Peziza *coronata*, minima tenuis fragilis stipitata ferrugineo - fuliginea, cratera cupulari: margine pilis coronato *Bull. champ. p.* 251. *t.* 411. *f.* IV.

Peziza *denticulata*, stipitata flavescens, extus glabra, disco planiusculo margine denticulato. *Fl. dan. t.* 1016. *f.* 1.

Peziza *inflexa*, stipitata, stipite incurvo, margine ciliaris. *Bolt. Funguss. t.* 106. *f.* 2. (huc pertinet; modo major et colore albida.

Peziza *armata*, stipitata infundibuliformis flavescens, margine dentato: dentibus setaceis erectis. *Roth. Catalecta* 1. *p.* 240.

Habitat aestate in sylvis ad stipites et virgulta arida, gregarie, sed non equidem agmine denso crescens. Colore

re primum albido, demum pallescens. *Cupula* lin. 1. fere lata, margine dentibus setaceis sparsis coronata. *Stipes* 1½ lineas longus, a loco incurvus.

138. Peziza **Platani**: *a caulis minutissima applanata orbicularis, intus albida extus nigra setosa setis margine strictis.*

Hab. rarissime in foliis putrescentibus *Aceris Platani.*

Cupula tempestate humida foliis, appressa, applanata; exsiccata connivet: margine erecto. *Velum* setosum magis in margine conspicuum.

139. Peziza **scutellata**: *majuscula sessilis applanata aurantio-rubra, externe setis divergentibus nigris hispida.*

Peziza *scutellata*, plana, margine convexo piloso. *Lin. syst. Veg. XV. p.* 1018. *Sowerby engl. fung. t.* 24.

Peziza *scutellata*, sessilis vel subpetiolata, patens, margine acuto, externe pilosa, depresso-convexa, vel planata. *Batsch El. Fung. p.* 12. *t.* 12. *f.* 84.

Peziza *scutellata*, planiuscula scutellata unicolor aurantiaca, prona parte pilis nigricantibus hispidula. *Bull. Herbier de la France t.* 10.

Peziza *scutellata*, sessilis plano-convexa, margine piloso. *Willd. Fl. Berol. p.* 403. (verum, in descriptione brevi addita, quoad colorem de illa perhibetur, eam violaceo-coccineam esse, quae varietas singularis, aut diversa species hinc videtur.)

Peziza *palpebrata*, aurantia plana, longe ciliata. *Gmel. Syst. Nat. Linn.* 2. *p.* 1457.

Patel-

Patellā *ciliata*, aurantia, longe ciliata. *Wigg. Prim. Fl. Hols. n.* 1130.

Octospora *hirta*, trunco simplici, orbiculari, extus fusco rutilante toto piloso; disco coccineo, seminibus rotundato-ovatis, granulatis. *Hedw. Musc. frond.* 2. *p.* 12. *t.* 3. *f.* 13.

Elvela ciliata *scop. carn.* 2. *nr.* 1620. *Schaeff. Fung. bav. t.* 284. *Hoffm. veg. cryptog.* 2. *p.* 25. *t. VII. f.* 3. (sub *Peziza.*)

Elvela orbicularis, minima, sessilis et coccinea plana margine ciliato vel nudo. *Gleditsch meth. fung. p.* 45.?

Fungoides coccineum lentiforme, oris pilosis. *Mich. N. gen. pl.* 207. *t.* 86. *f.* 19.

Fungoides scutellatum, aurantii coloris. *Tourn. Inst. p.* 561.

Fungus minimus, scutellatus, coloris aurantii. *Vaillant. bot. parisiens. t.* 13. *f.* 11. (icon equidem haud. congrua).

Provenit autumni initio, passim (minori in copia ad 3—5 individua) ad truncos putrescentes, locis praesertim udis, hinc saepe in palis ad fluviorum ripas; secundum *Schaeffer* (l. c.) in Bavaria vernalis plantula est. Juniores ob setas confertas, subimbricatas, totae fere nigrescunt, quae in cupula adulta, explicata, sparsae observantur, in margine frequentiores sunt, primo obtutu quidem nigrae apparent, sed potius colore sunt badio. Latitudo totius fungi sesqui - aut bilinearis est.

Obs. Affinem quandam speciem *Rev. von Wulfen* sub nomine *Elvela* (*Peziza*) *ciliaris*, sessilis ceracea hemisphaerico - concava coccinea (subtus glabra) oris nigro - ciliatis

tis in *Jaq. coll.* 1. *p.* 346. descripsit, quae quoad descriptionem, cupula margine tantum setosa esset.

140. Peziza stercorea: *gregaria sessilis, cupula concava tota fulva: setis badiis suberectis.*

Patella *stercorea*, flava extus hirsutula. *Wigg. Prim. fl. Hols. p.* 106. *nr.* 1131. *Gmel. syst. Nat. Linn.* 11. *p.* 1457.

Peziza ciliata. *Bull. champ. t.* 430. *t.* 1. (mala),

Peziza *ciliata*, fulva concava exterius laevis: margine ciliato, *Gmel. l. c. p.* 1456.

Peziza scutellata. *Bolt. Funguss. t.* 108. (exclusis synonymis.)

Peziza *Hedwigii Disp. meth. fung. p.* 34. *et suppl. p.* 73.

Octospora scutellata. *Hedw. musc. frond.* 2. *p.* 11. *t.* 3. *f.* 1. (exclusis synonymis.)

Octospora *setigera*, cupula flavescens, intus glabra, extus setis brunnescentibus obsita. *Schrank Fl. bav. nr.* 1477.

Peziza *equina*, globosa fulva externe setosa *Fl. dan. t.* 779. *f.* 3.

Hab. aestatis fine et vere, in fimeto ut plurimum equino, aut cervino, passim et gallinaceo, rarius ad terram.

Obs. Ab antecedente specie non solum loco natali, colore nec non habitu differt; sed secundum observationes b. *Hedwigii*, quoad interiorem structuram a se invicem quam maxime diversae sunt; *Thecae* enim in *Peziza scutellata* sunt cylindricae, pedunculatae pellucentes; summitate rotundata, paraphysesque in summitate intumescente coloratae. *Seminula* rotundato-ovalia, alba, pellucida, ad maxima augmenta globulis minutissimis referta

ta, adparent. In *Peziza stercorea* paraphyses sunt latitudine ferme aequales et sporulae majusculae, ovatae, octo, (*Hedwigius*, se in una alterave theca quatuordecim observasse, contendit.)

141. Stereum **hirsutum**: *cespitosum lutescens strigoso-hirsutum.*

Thaelaephora *hirsuta*, explanata, flava, extus hirsuta. *Willd. berol. p.* 397. *Roth. fl. germ.* 1. *p.* 539.

Auricularia *reflexa*, perennis coriacea tenuis, supra villosa, subtus glabra. *Sibth. Fl. oxon. p.* 384. *Wither. bot. arrang. of engl. pl. ed.* 2. *v.* 3. *p.* 434.

Auricularia reflexa, *Bull. champ. t.* 274. *et* 483. *Sowerby. engl. fung. t.*

Boletus auriformis. *Bolt Funguss. p.* 82. *t.* 82. (Icon diversas species, figuris vero haud distinctis pictas sistere videtur.)

Helvella pineti *Lin. syst. veg.* 15. *p.* 1017. (hujus loci)
Helvella acaulis *Huds. fl. angl. ed.* 2. *p.* 633.

Helvella villosa. *Relh. fl. cantabr. nr.* 960.

Agaricus villosus inferne laevis *Raji synops. p.* 21.

Habitat ad diversos arborum truncos exsiccatos, ut plurimum fagineos et quercinos; 2—3 unc. longum $1\frac{1}{2}$ latum; primo resupinatum, orbiculare, subconcavum, *Pezizis* simile.

Obs. Sequentes mihi innotuerunt varietates, quarum δ. omnino propria species esse potest, uti ex ejus brevi addita descriptione apparebit

α. vul-

α. *vulgare*, pileo tomentoso pallido, subtus (hymenio) subcinerascente.

β. *lutescens*, pileo hirsuto lutescente. (*Sowerby* l. c. ?)

γ. *undulatum*, minor, pileis confertis, margine undulatis ochraceis.

δ. *rameale*, opaca albido-pallida simplex parva subrotunda aut elongata effuso-reflexa, hymenio zonis concentricis.

Haec subspecies ad ramulos fagineos provenit exsiccatos, in arbore adhuc viva, ex quibus quasi pendula est; simplex s. non imbricata observatur; magis quoque effusa, applanata quam horizontalis crescit, iunior vero orbicularis, primo pallida, dein albicans, dimidiam unciam ampla.

142. Stercum lilacinum: *horizontale dimidiatum subcarnosum molle azonatum tomentosum pallidum, margine subtusque dilute purpureum, demum fuscescens.*

Provenit rarius ad truncos abietinos autumno.

Longitudine biunciale, $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{3}$ unc. latum, tomento brevi obductum, substantia carnosum, molle quidem est, verum non tremellosum; in statu recenti marginem versus purpurascens, inferne totum fere amoene roseum, quinam color, fungo exsiccando, (in pileo) totus demum flavescit, et in hymenio in fuscum abit; subtus ut plurimum laeve, aut papillis rarioribus obsitum.

Obs. 1. Elvela lilacina *Batsch. El. fung. p.* 187. *f.* 131. quoad formam, praesertim fere colorem quidem congruit, verum, Auctor de hac specie dicit, eam esse zonatam s. fasciatam.

2. Stereum *purpureum*: imbricatum subtremellosum zonatum tomentosum albidum, subtus purpureum *Disp. meth. fung. p.* 30. substantia coris et loco differt.

MERULIUS.

Hymenium in lamellas anastomosantes s. *plicas* dichotomas venisque inter se connexas prominens.

143. Merulius **tremellosus**: *acaulis subimbricatus carnoso-tremellosus, pileo effuso-reflexo tomentoso albo, plicis subporiformibus acutis rubicundis.*

Merulius *tremellosus*, pileo villoso albido, venis reticulatis croceis. *Schrad. spic. fl. germ. p.* 139.

Agaricus betulinus. *Fl. dan. t.* 776? (Saltem icon ad exemplar incompletum est facta.)

Prov. autumno passim et ut plurimum ad truncos quercinos.

Descr. Aetate juniore totus resupinatus et forma eleganti orbiculari sese distinguit, demum subimbricatus fit, et situ horizontali reflectitur.

Pileus 3. unc. plerumque latus, 2. lin. crassus tam ob substantiam, quam ob tomentum molissimum, ex duobus

tribusque

tribusque lobis imbricatus, qui in una alterave parte secum connati sunt.

Hymenium substantia fere cartilagineum, primo quoque albidum, demum carneo-croceum, constat ex plicis poriformibus ferme, margine acutis; hinc primo obtutu omnino quemque incertum relinquit, nonne potius *Boleti* sit species; verum plicae tubos elongatos non efficiunt, et in pilei margine ramulos majores sistunt.

141. Merulius sepiarius: *dimidiatus subelongatus, pileo coriaceo strigoso-tomentoso spadiceo, lamellis confertis ramosis lutescentibus.*

Merulius sepiarius *Schrank Fl. bav.* 2. *p.* 575. *Disp. method. fung. p.* 26.

Agaricus *betulinus*, coriaceus villosus: margine obtuso, lamellis ramosis anastomosantibus. *Linn. syst. Veg.* 15. *p.* 1015. *Fl. suecic. ed.* 2. 451.

Merulius *squamosus*, membranaceus, pileo rubiginoso squamoso (?), venis cervinis. *Schrad. apud Gmel. syst. Nat. Linn.* 11. *p.* 1431. *Ejusd. spicil. fl. germ. p.* 140—141.

Agaricus *sepiarius*, acaulis, coriaceus, semi-elliptoideus, supra ex flavo fusco-nigrescens, villosus, fascia marginali albido flavescente, subtus una cum lamellis ramosis albido-flavens. *v. Wulf in Jacq. Coll. v.* 1. *p.* 349.

Agaricus hirsutus. *Schaeff. Fung. bav. t.* 76.

Agaricus tricolor. *Bull. champ. t.* 541. *f.* 2.

β. pileo resupinato suborbiculari.

Agari-

γ. *Subterraneus*: resupinatus pileo margine lamellisque undulatus.

Agaricus *undulatus*, acaulis resupinatus inferne villosus fasciatus rufus, superne lamellatus: lamellis margineque undulatis. *Hoffm. Veget. in Hercyneae subterraneis p. 7. t. 4.*

δ. *proliferus*: pileo resupinato e medio prolifero.

ε. *integer*: subsolitarius, pileo integerrimo supino, subtus medio affixo.

Agaricus de St. Clou. *Vaill. bot. parisiens. t. 1. f. 1-3.*

His in regionibus solummodo ad truncos et ligna fabrefacta, pro Sepibus destinata, hanc speciem inveni. In *Suecia* et *Gallia* ad cortices *Betulae* quoque crescere dicitur.

Descr. Pileus unc. $1\frac{1}{2}$ latus, 2 ut plurimum longus, sed et ad 4-6. unc. elongatus reperitur, 3-4 lin. una cum lamellis crassus, subundulatus, planiusculus, fasciatus: zonae subhirsutae et una alterave parte fere strigosae; substantia sicca, colore subumbrinus: margine extimo cinerescente-flavus, basin versus nigrescens fere.

Lamellae crassiusculae, ramosae, versus pilei basin poros quasi efficiunt, 2 lin. latae fere, tenaces, colore primo subnitidae, lutescunt, dein dilute ferrugineae, opacae.

Varietas altera, ut plurimum orbicularis, in medio subtus ligno affixa, superne lamellas gerens, colore fere tota umbrina, nigrescens.

Obs. 1. Cum pluribus plantarum scrutatoribus huc usque dubius fui, quinam proprius *Agaricus betulinus Linnaei* sit, dum nunc cel. Schwarz in litteris me certiorem fecit, hanc speciem in Suecia sub nomine *Agaricis betulini* L. notam esse, quod etiam secundum descriptionem Linnaei verosimile est; confer. *Fl. suecica l. c.*

Obs.

Obs. 2. Non confundi debet cum *Agarico asserculorum* *Schrad. spicil. p.* 134. *s. Agaricus abietinus Bull. champ. t.* 541. *f.* 1 cui, quoad substantiam et colorem; primo obtutu convenit; verum *Lamellae* in hoc fungo latiores sunt, fere simplices, distantes, ac colore obscure cinereae, et *pileus* vix tomentosus, nec fasciatus, colore obscure umbrinus, nigrescens fere.

HYDNUM.

Pileo manifesto horizontali, subtus echinato.

145. Hydnum **rufescens**: *pileo carnoso subtomentoso e rufescente subcarneo, subulis acutis subcompressis incarnato - ochraceis, stipite tenuiusculo subcylindrico.*

Hydnum repandum *Bolt. Funguss. p.* 88. *t.* 88. (hujus loci est.)

Hydnum carnosum *Batsch. El. Fung. p.* 197. *t.* 26. *f.* 136? (quoad pilei colorem. Stipes vero *validus* dicitur.)

Hydnum rufescens *Schaeff. Fung. bav. t.* 141. *f.* 2. *et* 3?

Hab. passim in faginetis.

Descr. Stipes 1—3 uncias longus, dimidiam unciam crassus, solidus, crassitudine subaequalis, interea versus apicem parum latior, colore albidus. *Subulae* 3 lin. fere longae, $\frac{1}{2}$ lin. crassae, confertae, tenues, plures attenuato - terretes, non subcompressae, nitidae.

Pileus $2\frac{1}{2}$ — ad 3 unc. latus, 3 lin. crassus, convexoplanus, regularis, integer, superficie rugulosa zonisque obsoletis distinctus, ac tomento brevissimo obsitus, colore lutaceo - fulvus, s. rufescens, opacus.

Obs.

Obs. Differentiam a sequente vulgari specie quacum facile commutari potest, quisque hinc perspicere potest.

146. **Hydnum repandum:** *incarnato - pallidum, pileo rugoso, flexuoso sublobato glabro, subulis crassiusculis: pluribus compressis, stipite tuberoso subexcentrico.*

Hydnum *repandum*, stipitatum, pileo convexo laevi flexuoso *Linn. syst. Veg. XV. p.* 1017.

Hydnum repandum *Sowerby engl. fungi t.* 176. (Icon. optima.)

Hydnum imbricatum *Bolt Funguss. t.* 87. (exclusis synonymis.)

Hydnum rufescens. *Schaeff. fung. bav. t.* 141. *f.* 4 - IX.

Hydnum flavidum *Ejusd. t.* 318. *et*

Hydnum squamosum *t.* 273. modo ut varietates considerari possunt.

Hab. frequens autumno in sylvis.

Obs. Pileo fragili, inaequali, difformi, repando, rarius *dimidiato; subulis* forma variis, teretibus acutis, compresso - semitubulosis, obtusis, et (ad observationem cl. *Sowerby.*) passim digitatis; nec non stipite brevi, crasso, subulboso, ut plurimum excentrico, facile dignosci potest.

Sapore haud ingratum, hinc ob substantiam copiosam ad cibum adhiberi potest.

Sequen-

Sequentem inter hanc et antecedentem speciem fungum *intermedium* in sylvis Sollingensibus rarius observavi, cujus differentiam, quam in animadversariis adnotatam invenio, hic ad ulteriorem indagationem addere volo:

147. Hydnum medium: *pileo flexuoso pallido glabro, subulis tenuibus acutis, stipite crasso brevi albido.*

Hab. in quercetis. Magnitudine communi. Forma pilei et stipitis quadantenus cum Hydno *repando* convenit. Subularum teneritate, parum et colore, ad Hydnum *rufescens* accedit.

TREMELLA.

Dilatata, gelatinosa, plicato-gyrosa.

148. Tremella fimbriata: *umbrino - fuliginea suberecta, latere incisa, margine undulata.*

Tremella *undulata* ascendens sinuato- undulata purpurea. *Hoffm. veg. crypt.* 1. *p.* 2. *t. VII. f.* 1. ? (an hujus varietas?)

Ad ramos rarissime ad terram dejectos.

Descr. Sursum dilatata, uno latere dehiscens, marginibus lateralibus sibi tamen approximatis, undique pulvere obtecta, ex umbrino rufescens, basi obscurior, semunciam alta, 3—4. lineas lata.

 149. Tre-

149. Tremella foliacea: *gregaria utrinque glabra tenuis undulato-plicata concava, basi crispa, cinnamomeo-carnea.*

Provenit pluvioso tempore gregarie ad truncos subputridos, praesertim *Coryli Avellanae,* autumno. Unc. $1\frac{1}{2}$ lata, totidem fere alta, lin. 1. crassa, demum pruina seminali undique obtecta, pellucida; colore rufescente-carnea, demum obscure-fusca s. cinnamomeo-carnea; forma pezizoidea.

150. **Tremella Auricula Judae:** ***cespitosa tenuis flexuosa concava nigrescente-umbrina, subtus plicata subtomentosa, olivaceo-cinerea.***

Peziza *Auricula,* concava rugosa auriformis *Lin. Syst veg. XV. p.* 1018.

Tremella *Auricula*, sessilis membranacea auriformis cinerea *Fl. Suec. p.* 4. 29.

Merulius Auricula. *Roth. Fl. Germ.* 1. *p.* 535.

Tremella Auricula Judae. *Bull. t.* 427. *f.* 11. (Varietas? colore enim rufescente-fuligineo est delineata.)

Obs. Plura hujus in truncis *Sambuci nigrae* vulgaris, et unicuique a longo jam tempore cognitae speciei synonyma, nec non descriptionem in medium proferri, omnino superfluum videretur. Adnotare sufficit, ob substantiam et superficiem plicatam, potius ad *Tremellas*, quam ad ullum aliud genus pertinere. Aeque ob plicas nonnulli hunc fungum ad *Merulios* retulerunt, verum

plicae

plicae non venosae, aut dichotomae sunt, et, quod summa rei est, subtus, nec in *Hymenio* s. parte fructificante, uti in *veris Merúliis*, observantur.

In disco hinc inde *papillas* minutissimas, sparsas, inveni, quae affinitatem cum sequente specie indicare videntur.

151. Tremella **spiculosa**: *applanata effusa crassiuscula nigra, papillis conicis spiculosa.*

Tremella *glandulosa*, gelatinosa subrotunda pulvinata, fusco-nigricans, integra: superficie mammosa. *Bull. champ. p.* 220. *t.* 420. *f.* 1.

Tremella *atra*: supra (?) tomentosa, subtus glabra nitida, punctis (?) sparsis. *Fl. dan. t.* 984. huc pertinet, *Tremella sagarum* (l. c.) *t.* 785. *f.* 3. vero, a nonnullis huc allegata, Tremellam *mesentericam* *Jacq.* saltem quoad colorem repraesentare videtur.

Tremella arborea *Hoffm. veg. crypt.* 1. *p.* 37. *t.* 8. *f.* 1. cum reliquis allatis synonymis, quae ibi perspici possunt.

Tremella *arborea* coriacea tenuis, auriculaeformis, superne atra, inferne velutino-olivacea, sessilis. *Villars Dauph.* v. 3. *p.* 1008. potius Tremellam *Auriculam*, quam Tr. *arboream* *Huds.* sistit.

Provenit sero autumno ad varios truncos et ramos exsiccatos.

Descr. Aetate juniore subrotunda, demum forma indeterminate effusa, saepe 2—3 unc. lata evadit, 3 lineas crassa; subtus una alterave parte loco natali adnata est,

et ibi, quod nondum animadversum invenio, tomento tenui obducta est, in disco ubique fere prominent papillae forma conicae, quibus ab *omnibus* cognitis speciebus facile distinguitur. Caeterum gelatinosa est et pellucida, colore e glauco nigrescente, domi asservata pulverem seminalem albidnm copiose in superficie secernit.

XYLOMA.

Receptaculum varium, duriusculum, intus subcarnosum, clausum remanens, aut vario modo demum ruptum.

152. Xyloma punctatum: *peritheciis distinctis subrotundis, in maculam nigram aggregatis.*

Hab. passim ad folia *Aceris Pseudoplatani.* *Macula* nigra, vario modo effusa, angulata observatur, in qua resident *perithecia*, secum non uti in *Xyl. acerino*, connata, sed ut *puncta* distincta, sub lente ut tubercula ovata, convexa, rugosa s. plicata, apparent. Loco etiam natali ab eo diversum, Xyloma *acerinum* enim in foliis *Acer. Platanoides* crescit.

153. Xyloma stellare: *piceum, margine fibris divergentibus radiatum.*

Hab. rarius in foliis *Phyteumatis spicatae.* *Macula* ½ unc. plus minusve lata, forma grata, disco uniformis, laevis, colore aterrimo, margine radiatim fissa: *fibrae*

nunc

nunc nigrae, nunc cinereae. Nulla *perithecia* distincta hactenus observavi.

154. Xyloma? rubrum: *confertum suborbiculare confluens rubrum.*

Hab. utplurimum autumno, in foliis *Pruni domesticae*, rarius *Pr. spinosae.* Duas quatuorve lineas latum, crassiusculum, per lentem observatum in superficie conspiciuntur puncta obscuriora, quae ut ostiola forte ad *perithecia*, in substantia latientia, rotundata, sphaeruliformia, sed non rigida, pertinent.

Obs. Primo intuitu, praesertim ob colorem, (*Xylomatibus* ceterum nigrum) *Uredinis* speciem mentitur, verum accuratius indagatum substantiam similarem, farctam habet, *capsulis* aut sporulis *manifestis* haud refertam, hinc omnino incertum, utrum revera ad hocce genus referendum sit, imo an in universum fungorum speciem efficiat. Ulterioris indagationis ergo hic recensere, haud inutile putavi.

155. Xyloma concentricum: *simplex, peritheciis parvis orbicularibus depressis subconcavis fuligineo-cinereis, in maculam concentrice ordinatis.*

Hab. in foliis *Populi Tremulae* adhuc semiviridibus, maculam circinatam 1. unc. fere latam exhibens. *Perithecia* punctiformia, primo nigra, deinde fuliginosa, apice demum rupta, inter se distant.

156. Eri-

156. Erineum fagineum: *compactum subellipticum spadiceum.*

Hab. in foliis *Fagi sylvaticae*, prona parte, vernali tempore reperiundum.

Descr. *Cespitulus* aversam folii paginam bullatim parum protrudit, forma primo subrotundus, margine angulatus, demum subelongatus, elliptoideus, ad tactum parum mollis. *Fila* brevissima, compacta, colore matricis, sed obscuriore, sub lente squamulas incurvas nitidas monstrans.

INDEX ALPHABETICUS
GENERUM ET SPECIERUM.

A.

Sphae-

CORRIGENDA

Cum auctor ipse nonnullas modo plagulas a vitiis typographicis purgare potuerit, a benevolo petit lectore, ut sequentes errores emendet, minus vero graves, praesertim etiam quod ad interpunctiones pertinet, quae nescio quo calamo insertae sunt, aequi bonique consulat.

Pag. 38 *lin.* 10 *loc.* blbouso *leg.* bulboso.
- 39 *lin.* 5 post variegatus add. pileo
- 43 *lin.* 5 *loc.* uec. *leg.* unc.
- 44 *lin.* 13 *loc.* paleo *leg.* pileo.
- - *lin.* 16 *loc.* vero *leg.* vera.
- 47 *lin.* 9 *loc.* versculae *leg.* versiculae.
- - *lin.* 12 post discum dele. comma.
- - *lin.* 13 *loc.* ubi *leg.* uti.
- 72 *lin.* 28 *loc.* alios *leg.* alii.
- 73 *lin.* 17 *loc.* esse *leg.* sese.
- 74 *lin.* 21 *loc.* inclusae *leg.* in cluso.
- 76 *lin.* 16 *loc.* unci. — *leg.* unciali.
- 78 *lin.* 10 *post* species *del.* comma.
- 80 *lin.* 12 *post* partem *add.* excedente.
- - *lin.* 13 *leg.* speciei
- 81 *lin.* 10 *post* cum *add.* eam.
- 83 *lin.* 9 *loc.* quae *leg.* qui.
- 83 *lin.* 25 *loc.* defectae *leg.* defecta.
- - *lin.* 2 et in sequentibus paginis *loc.* Stercum *leg.* Stereum.
- 92 *post* fabrefacta *add.* pinea.


Fig. 1.
a.
b.
c.
d.
Fig. 2.
a.
b.
c.
Fig. 3.
a.
b.
a.
a.
a.
c.
d.
e
f
B. del. & Sculp.


TAB. II.



TAB. III.



TAB. IV.



TAB.V.


Fig. 1.
a
c
b
d
Fig. 2
Fig. 3.
Fig. 5.
a
b
c
Fig. 4.
Fig. 6.
Fig. 8.
Fig. 7.
Fig. 9.
Fig. 11.
Fig. 10.
Fig. 12
b
a
b
a
Del. & Sculp.



TAB.VI.

